

modo ipsi jurisdictionem quasi Episcopalem, & proprium territorium habent; & in specie sic respondit in casu Abbatis Nonantulani, & Abbatis Caltii Durantis, idemque probavit Sanctissimus in Congregatione habita coram Sanctitate sua in favori Abbatis S. Iohannis in Venere, sic nullus dicecensis, idemque mandavit observari in posterum in his, qui jurisdictionem pleno jure habent Episcopalem, & temporalem.

38 Neque obstant considerationes in contrarium adductae, nam quod spectat ad verba Concilij in d. c. 20. §. Ad hac, sess. 24. tamen si inferiorum appellacione quando id verbum absolute profertur, aut ad differentiam Episcoporum veniant omnes Episcopi inferiores, cap. Cum inferior, de maior. & obed. & notatur in c. fin. de penit. & remiss. tamen secus dicendum est hoc casu, qui hoc verbum a Concilio non fuit appositum simpliciter, & absolute, aut respectu ad Episcopos, sed adjecta dictione illa, aliorum, quae i. fert omnimodam similitudinem ad expressa, Bald. in l. S. fugitivi, col. ult. C. de serv. fugit. & in l. Compenticula, col. 4. C. de Episc. & Cler. Barr. in l. Sed & reprobare, nu. 6. ff. de excus. tut. B. 10. conf. 41. nu. 10. vol. 1. sed supra in m. diate Concilium expr. sicut Decanos, & Archidiaconos, qui sunt inferiores Episcopi, & quoad legem jurisdictionis, & quoad legem dicec. sanam, & quoad obedientiam, quam illis praestare tenentur, ut sit text. in d. c. Cum inferior, sicut enim inferiores necumque exempti, quia in his non sunt dicec. sunt tamen in dicec. Card. in Clem. 2. §. Similis, nu. 4. de privil. Rota dec. 207. nu. 2. par. 1. divers. Ergo dum post a Concilio subjungit, & aliorum inferiorum, intelligi debet de inferioribus, qui Decanos, & Archidiaconos sunt similes, quales non sunt Abbates proprium territorium, & jurisdictionem quasi Episcopalem habent, si qui nec sunt de dicec. nec in dicec. si. & in omni materia jurisdictionali veniunt appellacione dicec. in, ut ostentum est supra num. 29.

Quinimo id procedit etiam si Concilium dixisset, & aliorum omnium inferiorum, quia nihilominus per haec verba generalia non veniunt majora, v. l. gravora, quam expressa fuerint casus in Clem. Non potest, de procur. & in l. fin. §. Cur dulcia, de tritic. vin. & ole. lig.

39 Deinde ita respondetur: quando in lege, aut canone sunt enumeratae minores, aut inferiores personae, non possunt postea sub generali clausula, quae tubi quitur, majores, & superiores comprehendere Sedes, & ibi Ant. d. Barr. nu. 10. de refer. Ber. in c. 1. nu. 205. de iud. sed Abbates, item proprium territorium, & jurisdictionem in ordinariam habentes sunt majores, & superiores Archidiaconis, & Decanis, ut probatur est supra num. 32. ergo non comprehenduntur sub generali illa clausula, & aliorum inferiorum, quae post Archidiaconos, & Decanos immediate tubi quitur. Idque efficaciter comprobatur ex duobus decretis Concilij supra allegatis, nempe ex cap. 3. sess. 24. & c. 14. sess. 25. in quibus adempta verba ad praedictos Abbates non extenduntur.

40 Arque ita non obstat quod d. c. 20. §. Ad hac, sess. 24. ex intentione S. Congregationis comprehendat etiam Regulares, si quidem haec resolutio similiter procedit in illis Regularibus, qui sunt similes Archidiaconis, & Decanis, non autem in Abbatis nullus dicecensis omnimodam jurisdictionem

nam quasi Episcopalem habentibus privative ad Episcopos: hi enim etiam ex stylo Concilij regulariter veniunt Episcopi, & Ordinarii appellacione, nisi subiecta materia, aut verba ipsa Concilij aliud suadeant. Et propterea cum aliis dubitatum fuerit, an Praelato inferiori regulari nullus dicecensis, ac jurisdictionem habenti quasi Episcopalem exceptis his, quae sunt ordinis, competant ea omnia in Regularibus exemptis intra suum territorium existentes, quae ex Concilio competunt locorum Ordinariis contra alios exemptos, S. Congregatio Concilij censuit competere.

Nec refert quod Concilium in d. §. Ad hac, post illa verba, & aliorum inferiorum, addiderit aliam clausulam cum dictione taxativa, videlicet, sed Episcopi tantum examini, & jurisdictioni relinquuntur. Quandoquidem verba sequentia restringuntur ad praecedentia quando ad illa veniunt continuative, l. Talis scriptura, Scribi Barr. de leg. 1. Abb. in cap. Secundo requirit, de appell. Ber. conf. 176. num. 53. vol. 1.

Item quando verba prius posita habent certam significationem, non debent per sequentia recipere declarationem, Barr. in l. fin. de reb. dub. Bald. in l. 1. C. de leg. hared. convenientius est enim ut praecedentia insistant in sequentia quam e converso, Carr. in l. Quisquis, de leg. 3. lal. in l. Patra, de part. Roman. conf. 104. Ber. conf. 77. num. 18. vol. 2. Praeterea vero, quia nullum per hoc si Episcopi praejudicium, cum haec loca sint extra dicec. dicec. sim. sed Abbatis tantum, quibus jam erat jus quatuor, arg. C. In his, de privil. c. Suggestum, & c. Dudum, ubi glof. in ver. Nullatenus, de decim. & in terminis hujus taxativae B. ro. conf. 110. num. 9. & 20. vol. 1. Et in specie super Constitutionem collata sit alicui taxative jurisdictionem in certum personarum, non censetur per hoc derogatum jurisdictioni alterius in eadem personam, Rom. conf. 476. in fin. n. 3. post Barr. in l. Viros, C. de divor. off. & appor. lib. 12. qui tamen dicit hoc procedere si alius habet jurisdictionem ex consuetudine necesse si al. ge.

43 Deinde responderetur in dispositione legis, ut hoc casu dictionem taxativam non excludere casus similes, vel eandem rationem habentes, gl. in l. Obas, C. de prad. Ma. Io. de Imol. conf. 86. in causa qua vertitur nu. 7. Abb. conf. 63. Et veritas, col. pen. in fin. vers. Nec obstat, lib. 2. plenè lal. in l. 1. num. 1. vers. Secundo imita, ff. Si quis jus dicenti non obtemp. Sed Abbates in locis libi pl. non jure subiectis quoad jurisdictionem sunt similes Episcopis, Abb. & DD. in c. Constitutio, de appell. & in c. Translatio, de Const. Et valet argumentum de Abbate habente Episcopalem jurisdictionem ad Episcopos, glof. in Clem. 1. in ver. Proprius, de reb. Eccl. non aliter Feder. de Sen. conf. 14. nu. 4. Abb. postea Ant. in c. Iohannes, de test. & in Clem. 1. de for. comper. & tenet Innoc. reclusus Card. in cap. Ex ore, in fin. de privil. & in c. At si Clericus, ff. de adult. num. 13. de iud. Et quavis in aliquibus differant ab Episcopis, tamen ad hoc non excluduntur per dictionem taxativam satis est ut sint illis similes quoad jurisdictionem, de qua disputatur argumentum eorum, quae habentur in l. Quod Nervae, ff. Deposi. & per glof. in Auth. Itaque, C. Communia, de succ. ff. de propterea ut supra observatum est in c. 14. sess. 25. Abbates, de quibus agitur, non excluduntur a cognitione caularum contra Clericos concubinarios quam

De Excess. Praelat.

Cap. Nimi iniqua.

**N**IMI INIQUA. Ponit quindecim gravamina Religiosis illata, à quibus praecipit Praelatos abstinere. Abbas dicitur. In Textu ibi, nec sustinentes eos habere campanam. De triplici intellectu hujus litterae, & an liceat Religiosis in suis Ecclesiis, & Oratorijs unam, vel plures habere campanas, dicit ut scriptum in cap. Patentibus, à nu. 6. usque ad nu. 23. infra de privileg. & de sex generibus tintinabulorum, seu campanarum, & de illarum origine, & multiplici utro, & significatione vide quae adnotavi in cap. Custos Ecclesiae, à nu. 3. usque ad nu. 7. supra de off. auditod.

De Excess. Praelat.

Cap. Nimi prava.

S V M M A R I V M.

- 1 Fratres Praedicatorum preferuntur fratribus Minoribus, & n. seg.
- 2 Ordines Praedicatorum, & Minorum quo tempore fuerint per Sedem Apostolicam approbati.
- 3 Regulares omnes etiam Praedicatorum, & Minores de jure communi sunt Episcopis subiecti.
- 4 Sed ex privilegijs sunt exempti etiam ratione delicti commissi, contractus imiti, & rei sita extra locum exemptum.
- 5 Regulares de jure communi tenentur ex magna causa comitari Episcopum processionaliter tantum intra quam extra civitatem.
- Et quae sit magna causa, ibidem.
- 6 Exempla generalium dispositionum non restringunt.
- 7 Regulares an per exemptiones releventur ab onere accedendi ad processiones ex magna causa indictas, & n. seg.
- Et quid post Concilium Tridentinum n. 10.
- 8 Religiosi Societatis Iesu socii non possunt accedere ad publicas processiones ex privilegio Gregorij XIII.
- 9 Fratres Praedicatorum in idem exempti sunt à processionibus ex privilegio Iohannis XXII.
- 10 Regulares exempti etiam Monachi hodie cogi possunt ab Episcopo ad publicas processiones accedere, non obstantibus consuetudinibus etiam immemorabilibus.
- 11 Nisi dissent à civitate ultra medium milliare.
- 12 Fratres Praedicatorum non secus ac Fratres Minorum sunt in statu arctissime paupertatis.
- 13 Et nihil proprii habere possunt etiam communi.
- 14 Item sunt incapaces annui redditus perpetui.
- 15 Fratres Praedicatorum sunt Mendicantes ex Constitutionibus Fratres Minores ex regula.
- 16 Testamentum B. Dominici.
- 17 Fratres Praedicatorum ex privilegijs sunt capaces redditus perpetui, & hareditatum.
- 18 Religiones omnes, exceptis Capucinis, & Minoribus de Observantia hodie possidere possunt bona immobilia in communi.

quamvis Concilium decernat ut illarum cognitio non ad Archidiaconos, Decanos, & alios inferiores, sed ad Episcopos ipsos pertineat: ponderando jurisdictionem, ipsos, quae cum sit personalissima, habet vim castrivae, Bald. conf. 304. Nobilitat. nu. 1. lib. 5.

Unde etiam patet nihil obstat quod causae matrimoniales, & criminales sint graves: nam nihilominus committuntur Abbatibus proprium territorium, & jurisdictionem in quasi Episcopalem habentibus tam de jure communi, quam ex sententia S. Congregationis ex decreto Sanctissimi, & ex stylo Cancellariae, ut ostensum est supra nu. 3036.

46 & 37. sed & ex stylo Concilij causae criminales cognoscuntur ab Ecclesiasticis Praelatis, ut patet in cap. 3. sess. 6. cap. 4. sess. 14. in quo concordat etiam juris communis dispositio in c. Irrefragabili, de off. Orden. quorum quidem Praelatorum appellacione etiam praedicti Abbates continentur, 3. Decernimus, & ibi Dec. num. 4. de iud. ergo idem dicendum de matrimonialibus, quae à pari procedunt, cap. 1. & ibi DD. de integ. restit. cum alijs supra alleg. num. 22. alioquin esset jurisdictiones confundere, contra c. Pervenit, in qu. 1. & not. in cap. Pastoralis, de off. ordin. in prin. Turcetem. in cap. de persona, in qu. 1. item esset alienos terminos usurpare, & aliorum subditos judicare contra cap. Nullus, & cap. Placuit, 9. qu. 2.

47 Similiter non obstat quod ex cap. 3. sess. 25. à facultate decernendi excommunicationes ad finem revelationis excludantur etiam Abbates, de quibus agitur, ex sententia S. Congregationis: id enim provenit, quia Concilium utitur dictione universaliter negativa, à nemine, praeterquam ab Episcopo: quae quidem dicitio negat omnia possibilia, ut dixit Roman. conf. 199. Praesens num. 2. vers. Secundo quia, & magis negat, quam affirmativa affirmet, glof. in cap. Cum dilectus, in ver. A suspensis, de consuet. Nec loquimur utitur illis verbis, nemine, & c. sed adhibet quod dicitur, profusus, quae est praecisa; & ostendit absolutam voluntatem excludendi omnes Episcopos inferiores, ut late per Felin. in cap. Ex parte, in primo, de off. Deleg. divers. de off. 526. num. 4. par. 1. unde ex eo decreto non licet inferre ad d. §. Ad hac, qui in diversâ materia utitur diffusivis verbis. Quinimo decretum d. cap. 3. in contrarium retorqueri potest: nam si intelligitur de Episcopis tantum etiam respectu locorum nullus dicecensis; utique facultas decernendi excommunicationes etiam in praedictis locis ad Episcopum pertineret. & tamen non est ita; quia ex sententia ejusdem Congregationis monitoria hujusmodi pro ipsdem locis petenda sunt tantum à Sede Apostolica.

50 Ultimò non obstat, quod ex sententia S. Congregationis in d. §. Ad hac, verba illa, & aliorum inferiorum, intelligantur etiam de Abbatibus, si quidem haec resolutio coincidit cum alia, qua declaratum fuit appellacionem inferiorum in eo decreto etiam Regularis comprehenditur: utraque autem decisio similiter edita fuit pro illis tantum Abbatibus, & Regularibus, qui in dicec. Episcopi existunt, & habebant speciale privilegium ante Concilium cognoscendi causas matrimoniales, & criminales, nec habet locum in inferioribus nullus dicecensis, qui jure ordinario hujusmodi causas cognoscunt, ut ex praedictis constat.



- 19 *Moniales S. Clara in predicta exceptione non includuntur. Sorores non veniunt Fratrum appellatione. ibid.*
- 20 *Fratres Minores an sint capaces institutionis ea lege facte, ut bona hereditaria vendantur, & pretium erogetur in reparationem Ecclesie, &c. Et quatenus institutio non valeat, iure legati legat, & n. seq. usq. ad n. 46.*
- 21 *Fratres Minores an. & quomodo sint capaces bonorum ex dispositione, cap. Exiit, de verb. signif. in 6. & n. 23.*
- 22 *Modo licito relictum quando dicitur.*
- 23 *Fratres Minores sunt incapaces successionis.*
- 24 *Fratrum Minorum institutio in personam Ecclesie Romane non suscipitur, & c. Exiit, in hoc revocatur per Extravagan. Ad conditorem Joannis XXII.*
- 25 *Fratribus Minoribus in bonis eis sive Ordini relictis, vel oblati nullum jus, seu dominium acquiritur. Relicta pro Fratrum Minorum, ecclesiasticis, oratoriis, officinis, & habitationibus, ac vasis, & libris, & vestimentis divinis officii dedicati, vel dedicandis suscipiuntur ibidem.*
- 26 *Institutio de Fratribus Minoribus facta ad effectum vendendi bona hereditaria, & pretium convertendi in usum Fabrica, vel Sacrificia an teneat, & n. 34 & seq.*
- 27 *Clausula, omni meliori modo, an & quando faciat ut quatenus non valeat institutio directa, valeat per indirectum, & n. 33.*
- 28 *Executores si heredis institutio non valeat an consentiantur instituti heredes, & rogati bona erogare in usus a testatore prescriptos, & n. 41.*
- 29 *Testamentum favore pia causa valet sine heredis institutione.*
- 30 *Fratribus Minoribus an subveniantur officio iudicis, ut impleatur testatoris voluntas, & n. 41.*
- 31 *Fratres Minores sunt incapaces annuus redditus cum inter immobilia reputetur.*
- 32 *Legatum annui redditus factum Fratribus Minoribus sub modo licito tenet. Idem si simpliciter, quia sub modo licito factum censetur, ibidem.*
- 33 *Legatum factum sub conditione si institutio sit nulla an valeat in casum nullis actis institutionis, & n. seq.*
- 34 *Heredes semel numquam desinit esse heredes.*
- 35 *Institutio cum est pro non scripta, modus etiam illi adjectus est pro non scripto.*
- 36 *Distinctio an modus licitus adjectus fuerit sit in legatis particularibus tantum, non autem in successione universali.*
- 37 *Ductio nullatenus, quid importet.*
- 38 *Heredes ad que teneantur.*
- 39 *Clausula codicillaris, vel omni meliori modo, quid operetur.*
- 40 *Fratres Minores sunt incapaces fideicommissi, & legati universalis, & n. 44.*
- 41 *Testamentum in quo Fratres Minores sunt instituti heredes, est nullum, & succedunt venientes ab intestato, nisi ad sit coheredes, vel substitutus.*

- 42 *Pauli IV. & Pii V. dispensationes super successione Fratrum Minorum an sint revocatae ad terminos Concilii Tridentini.*
- 43 *Institutio de monasterio, seu ecclesia Fratrum Minorum an valeat, & an suscipiatur in persona Ecclesie Romanae.*
- 44 *Legatum universale factum Fratribus Minoribus sub modo licito an teneat.*
- 45 *Fideicommissarius universalis est heres in effectu.*
- 46 *Fratres Minores tam de familia, quam ex reformatione quorum legatorum sint capaces, & n. seq. usque in finem.*
- 47 *Quid de legatis bonorum mobilium, que unica prestatione adimplentur, & n. 51.*
- 48 *Et quid de legatis annuis factis fabrica Ecclesie, vel Sacrificii, & n. 52.*
- 49 *Et quid de legatis annuis, que sunt ipsi Fratribus cum onere celebrationis Missarum, & n. 53.*
- 50 *Et quid de legatis annuis sine onere, & n. 54.*
- 51 *Fratres Minores Cismontane familia, quibus conditionibus permisi fuerint Novitios ad habitum, & professionem recipere.*
- 52 *Fratres Minores non prohibentur annuos redditus accipere a sponse dantibus per modum elemosine.*
- 53 *Fratres Minores legata annua cum onere, vel sine onere accipientes quam protestationem facere teneantur, & n. seq.*
- 54 *Fratrum Minorum incapacitas ex doctrina Divini Bonaventurae.*
- 55 *Aromatariarum usus Fratribus Minoribus qualiter permittatur.*
- 56 *Cippus vel truncus, seu capsulas pro elemosinis Missarum Fratribus Minoribus habere non licet.*
- 57 *Congregationis fabrica S. Petri Decretum circa legata annua Fratribus Minoribus relicta, refertur.*

**N**IMIS PRAVA. Ponit duodecim gravamina Prædicatorum, & Minorum, a quibus præcipit Prælatos abstinere, Scicanda pars ibi. Quocirca.

Nota primo ex ordine litteræ Fratres Prædicatorum præferri Fratribus Minoribus, ut hic, & in cap. in huius, infra de privileg. in cap. Quorundam, de elect. lib. 6. in cap. 3. infra de patris, & in c. Constitutionem, de Regular. eod. lib. & sæpe alibi. Ratio est, quia Prædicatorum institutio fuit prius approbata per Ecclesiam Romanam, ut hic notant Hostiensis, Joannes Andreas, & Cardinalis, omnes in principio.

Et refert Io. Calder. Ordinem Prædicatorum fuisse approbatum anno 1216, ab Honorio III. qui successit Innocentio III. qui id se facturum promiserat. Et eodem anno fuisse approbatam institutionem Minorum, Et idem dixit Io. Andr. in d. cap. Quorundam, licet de Minoribus non meminerit, Abb. hic num. 1. & Marian. Socin. num. 2. qui tamen asserit approbationem Ordinis Prædicatorum contigisse anno 1217. Sed verum est, quod dixit Ioann. Calder. ut patet in Constitutione Honorii III. que incipit, Religiosam vitam, edita 11. Kal. Ianuar. anno ab Incarnatione 1216. Pontificatus anno primo, in Bullar. tom. 1. pag. 44. Confirmatio autem Regule Fratrum Minorum habetur in alia Constitutione ejusdem Honorii incip.

Sole

- 1 *Solet annuere, edita 3. Kalen. Decembris, Pontificatus ipsius anno octavo. Et sic septem annis post approbationem Ordinis Prædicatorum in Bullar. eod. tom. 1. pag. 47. De præcedenti autem Ordinis Prædicatorum inter alios Ordines Mendicantium: quod ante omnes fuerit per Sedem Apostolicam approbatum, Vide Constitutionem Pii V. Divina, in Bullar. tom. 2. pag. 267. Et quod scriptum in cap. Cerium, num. 1. & sequen. & maxime n. 22. supra de major. & obed.*
- 2 *Secundâ nota de jure communi Episcopum fundare intentionem super jurisdictione ordinaria non tantum contra Clericos seculares, sed etiam contra omnes Religiosos sive diocesani etiam Prædicatorum, & Minores: nam si specialiter eximuntur in casibus hic expressis, & in cap. præcedenti; Ergo in alijs remanet regula in contrarium: quod etiam probatur in cap. Cum venerabilis, de relig. domib. & in 18. q. 2. per totam. Et tenent hic Innoc. in princ. in ver. Constitutionibus, Hostien. n. 4. in eod. ver. Abb. n. 4. in 4. not. Marian. Soc. n. 11. & alij communiter.*
- 3 *Sed hodie eam Prædicatorum, & Minores, quam alij religiosi quorumcumque fere ordinum ex privilegij Apostolicis sunt exempti ab Ordinariorum jurisdictione etiam ratione delicti commissi, vel contractus ini, aut rei existentis extra locum exemptionis, ut latissime probavi in cap. Tuarum, à num. 10. infra de privileg. In quibus autem casibus, & præcipue ex decretis Concilij Tridentini subsunt visitationi, correctioni, & jurisdictioni Episcopi diocesani, scripti plene in cap. Grave, à nu. 9. usque in fin. supra de offic. Ordin.*
- 4 *Tertiò nota in ver. Eis quoque textum efficaciter probantem Fratres Prædicatorum, & Minores teneri ex gravi causa processionaliter comitari Episcopum tam intra civitatem, quam extra: nam cum textus dicat ex gravi causa hoc eis mandari non posse: ergo à contrario secus est extra magna causa, puta in novo ingressu Episcopi, vel Legati, vel imminenti peste, vel flagello, vel ad generales Litanias, que sunt post Pascha ante festum Ascensionis. Facit cap. Revertimini, 16. q. 1. & cap. Rogationes, de consecr. dist. 3. nam quod omnibus imminet, ab omnibus debet explicari, c. ad hac, supra de offic. Archid. cap. 1. de elect. & notant hic Hostien. num. 4. in ver. Ex gravi causa, Io. Andr. ad num. & ver. Petr. de Anchar. num. 4. in 3. not. Abb. num. 3. Marian. Socin. num. 7. & ceteri. Imo hoc vendicat sibi locum in alijs quoque Religiosis, quia hic textus loquitur de Prædicatoribus, & Minoribus per modum exempli, ut patet ibi, Veputa fratres. Ea verò quæ exempli causa dicuntur, generalem dispositionem non restingunt, cap. 1. Ne Cler. vel Monach. I. Damni, la secunda, in princ. ff. de damn. infect. Quin etiam putat Abb. num. 5. vers. Et advertit, etiam per exemptionem concessam post hoc Capitulum Prædicatorum, & Minores non relevari ab onere accedendi ad processiones ex magna causa indicandas. Sicut non relevatur in causa hereticis, & in quibusdam alijs, de quibus in cap. Ad abolendam, de heret. nam rogare Deum pro salute populi incumbit tam exemptis, quam non exemptis, argum. d. cap. Revertimini, Verius tamen puto in hoc spectandas esse exemptionum formas, & tenorem privilegiorum, ut in c. Porro, infra de privileg. Quid enim si ex forma privilegij sint nominatim exempti à processionalibus ex quacumque causa indicendis, ut sunt Religiosi Societatis Iesu ex Constitutione Gregorij XIII.*

- 5 *quæ incipit, Quacumque, edita 16. Julij 1576. in Bullar. tom. 2. pag. 404. Quinimmo, & Prædicatorum habent super hoc speciale privilegium à Joanne XXII. teste Calder. conf. 393. alias 8. de Regular. Unde dictam Abbatem potest procedere tantummodo in exemptione generali, prout videtur intelligere Marian. Socin. hic num. 12. vers. Et quacumque privilegia generaliter eximerent. Verum etiam circumscriptis exemptionibus, Regulares ubi supplicationes indicentur ex gravi causa, non essent cogendi accedere, ut hic patet.*
- 6 *Hodie ex decreto Concilij Tridentini in c. 13. sess. 2. 5. de Regular. Exempti omnes tam Clerici seculares, quam regulares quicumque etiam Monachii ad publicas processiones vocati, accedere compelluntur, ijs tantum exceptis, qui in strictiori clausura perpetuo veniunt. Non obstantibus privilegijs ante Concilium, & consuetudinibus etiam immemorabilibus non accedendi, ut potè ubi latis de creto cap. 22. eiusdem sessionis. Adverte tamen quia etsi per hanc Decretalem Religiosi teneantur hic processionaliter cum Episcopo ex magna causa etiam extra civitatem, ut in littera, & Concilium Tridentinum quoad hoc eorum exemptiones sustulerit; tamen Gregorius XIII. exceptit Regulares, quorum monasteria distant à civitate ultra medium miliare, ut est adnotatum in libris publicis Sac. Congregationis Concilij ad dictum cap. 13.*
- 7 *Ultimò nota ibi, In archiepiscopi paupertate, Fratres Prædicatorum non secus ac fratres Minores esse in statu archiepiscopi paupertatis, prout hic notat Io. Andr. num. 1. in ver. Archiepiscopi, Cardin. in princ. in princ. Anchar. nu. 2. in 1. not. Abb. num. 2. in 2. not. Bald. conf. 438. Factum sic se habet, in princ. lib. 2. Alex. conf. 87. Eximie, num. 5. vers. Nam Prædicatorum, lib. 2. Sunt enim Mendicantes, ut hic, & in cap. Quorundam, de elect. lib. 6. & in cap. Constitutionem, de Regular. eod. lib. cum concord. Et propterea nihil propriè habere possunt etiam in communium, cum vicium eis prebere debeat incerta mendicantis, ut dicitur in cap. un. de relig. domib. lib. 6. & hic not. Ant. de Butt. num. 2. in primo not. Petr. de Anchar. & Abb. ubi supra, qui addit se pluries dixisse, licet fratres Minores non possint habere annuos redditus perpetuos, ut in Clem. Exivi de Paradiso, §. Cumque annuus redditus, de verb. signif. ita nec fratres Prædicatorum: quia debent vivere Deo in archiepiscopi paupertate, ut hic dicitur. Adverte tamen hos duos Ordines in hoc differre, quod fratres Minores sunt incapaces bonorum etiam in communium ex Regula, & primèvo instituto, ut in cap. Exiit qui seminavit, de verb. signif. lib. 6. & in d. Clem. Exivi. Prædicatorum verò ex Constitutionibus Ordinis tantum; profitentur enim regulam S. Augustini, ut per Federic. de Sen. consil. 12. incipien. Fratres Prædicatorum, quem sequitur hic Butt. num. 2. & Marian. Socin. num. 6. vers. Adverte, Anchar. conf. 321. præmittenda sunt num. 3. Abb. conf. 27. col. 5. vers. Est tertia lib. 2. ubi dicit fratres Prædicatorum ex regula, que est S. Augustini, posse habere bona in communium, sed per Constitutionem à Sede Apostolica approbatam esse Mendicantes, & vivere in archiepiscopi paupertate; & ita esse intelligendam hanc Decretalem, quamvis oppositum sentiat Franc. in c. un. §. Confirmatos, num. 2. de relig. domib. lib. 6. tamen prima opinio est communis, ut testatur Bertrand. conf. 206. num. 3. lib. 3. & conf. 152. num. 2. lib. 1. & Clar. in §. Testamentum, q. 29. per totam.*



16 Nam B. Dominicus in ultimo vite spiritu Fratres, inquit, Charissimi que vobis tanquam filijs possidenda relinquo, charitatem habere, humilitatem servare, paupertatem voluntariam possidere. Quanta vero possim distinctione prohibeo nequis in hunc Ordinem possessionem inducat, maledictionem Dei imprecans contrarium facienti. Quae verba explicat Bald. in praefat. *const. 438. lib. 2.*

17 Ex privilegio tamen sunt capaces annui redditus perpetui, & hereditatum, ut per Feder. d. *conf. 12. num. 6.* Et vide Extravag. Joannis XXII. *Quia quorundam, circa med. vers. Nec hoc, de verb. signif.* ubi primum recitantur verba Gregorij IX. in hac Decretali, videlicet fratres Praedicatorum, & Minores in altissima paupertate Christo pauperi famulantes. Et mox subiungitur. (Et tamen constat ipsos Praedicatorum habere in communi etiam quoad proprietatem aliquam, idque eorum statui, & regula non repugnat.)

18 Hodie cessant huiusmodi ambages, quia Concilium Tridentinum in c. 3. *sess. 25. de Regular.* concessit omnibus Monasterijs, & Domibus tam virorum, quam mulierum etiam mendicantium, exceptis domibus fratrum S. Francisci Capuccinorum, & eorum, qui Minores de Observantia vocantur, etiam quibus aut ex Constitutionibus suis erat prohibitum, aut ex privilegio Apostolico non erat concessum, ut deinceps bona immobilia eis possidere liceat. Et sub illa exceptione non comprehenduntur Moniales S. Clarae, cuius Congregationis quia ante Concilium capaces erant in communi, glossa in Clem. *in de sent. excom. Bald. conf. 183. in princ. lib. 1.* Cardinal. in Clem. 1. *quae. 7. de regul.* Item ex privilegijs Sedis Apostolicae, & praefatum Eugenij IV. & Leonis X. de quibus testatur Ubald. *de success. Clericor.* Itemque ex verbis Concilij de fratribus non comprehendendi sorores ex Bald. in l. *Quicumque, C. de ferr. fugit. & quia d. cap. 3. in regula loquitur separatim de viris, & mulieribus.* Itaque post Concilium soli fratres Minores, quales sunt verè etiam Capuccini, ut in Constitutione Pauli V. *Ecclesiae militantis regimini,* in Bullar. tom. 3. pag. 244. sunt in statu archaestimae paupertatis, & incapaces hereditatum, bonorum stabilitum, & annuorum reddituum etiam in communi.

20 QVAERO Testator instituit heredes fratres Min. de Observantia S. Francisci cum hoc ut bona hereditaria per executores ab eo nominatos vendantur, & pretium erogetur in reparationem Ecclesiae, Constructionem Capellae, & sacram suppellestem. Et quatenus heredis institutio non valeat ex aliqua causa in corpore juris clausa, tunc iure legati legat.

An huiusmodi dispositio sit valida, necne.

21 Dispositio cap. *Exijt qui seminat, §. Ad hac, de verb. signif. in 6.* omnium utensilium, & librorum, ac eorum mobilium praesentium, & futurorum, quae & quorum usum fructum fratribus Minoribus S. Francisci, vel eorum Ordini licet habere, proprietatem, & dominium ad Romanam Ecclesiam liberè pertinet, usi facti tantum eis reservato, & in §. *Pratorum idem* ordinavit quoad loca empta de elemosinis, & oblata, seu concessa fratribus sub quacunque forma verborum: nec non quoad Ecclesias, & Oratoria ad Ecclesias destinata, & Caemeterium. Quo verò ad legata declaravit ut infra, videlicet (Si verò modum licit-

tum in legando testator expresserit, ut si diceret, lego pecuniam pro fratribus necessitatibus expendendam, vel domum, agrum, vineam, & similia, ad hoc quod per certam personam, vel personas idoneas distrahatur, & pecunia de rebus ipsis accepta in aedificia, vel alia fratrum necessario convertatur; aut in legando similibus modis, vel verbis utatur. In hoc casu illud in omnibus, & per omnia, consideratis eorum necessitatibus, & moderaminibus praedictis, quantum ad fratres discernimus servari, quod per nos est superius in concessis pecuniarijs elemosinis declaratum; ad quae legata solvenda tam heredes testatorum, quam executorum se liberales exhibeant.)

23 Supervenit deinde dispositio Clem. *Exijt de Paradiso, de verb. signif.* qua cautum est in §. *Porre-ctia, ut pecunia, & alia oblata & legata non recipiantur pro alijs causis, & sub modis alijs (ut utar verbis tex.)* quam ponat dicti Praedecessoris nostri declaratio, quae est in d. c. *Exijt.* Deinde in §. *Cupientes*, disponitur his verbis: (Quia igitur in successione transiit non solum noster, sed & dominium suo tempore in heredes fratres autem praefati nihil sibi in speciali acquirere, vel eorum Ordini possunt etiam in communi declarando dicimus, quod successione huiusmodi quae etiam ex sui natura indifferenter ad pecuniam, & etiam ad alia mobilia, & immobilia se extendunt considerata sui puritate voti nullatenus sunt capaces.)

24 Tertio supervenit dispositio cap. *Ad Constitorem*, Extravag. Papae Io. XXII. *sub tit. de verb. signif.* quae provisionem e. *Exijt*, quod oblata seu concessa fratribus pertinerent ad dominium, & proprietatem Ecclesiae Romanae, usi facti dumtaxat eis reservato declarata esse contra regulam; & idem eam tollit, & providet ut infra videlicet: (De fratribus nostrorum consilio hoc edicto perpetuum valituro sancimus, quod in bonis quae in posterum conferentur, vel offerentur, aut alijs quomodolibet obvenerit contingerit fratribus, vel Ordini supra dictis (exceptis ecclesijs, Oratorijs, officinis, & habitatorijs regulis, ac vasis, libris, & vestimentis divinis officijs dedicatis vel dedicandis, quae ad ipsos obvenerint in futurum, ad quae non extenduntur inconveniens supra dicta; propter quod Constitutionem istam ad illa extendi nolumus) nullatenus seu dominium aliquod occasione ordinationis praedictae, seu cuiusvis alterius à quo cumque Praedecessorum nostrorum specialiter edita Romanae Ecclesiae acquiratur, sed quoad hoc habeantur prout ordinatio praedictae pro non factis.)

25 Quibus ita habentibus pro validitate institutionis auctoritur; quod dispositio §. *Cupientes* considerat institutionem ideo non valere, quia per eam retinetur usus, & dominium contra regulam, quae ratio cessat hoc casu quia testator expressè disponit, ut dominium bonorum non remaneat penes heredem, nec usus, sed ut vendatur, & convertatur pretium in reparationem Ecclesiae, fabricam Capellae testatoris, & alias necessitates ipsius, quod satis secundum DD. est in consideratione, ut per Abb. *conf. 63. num. 4. lib. 2.* Cuman. *conf. 169. & Fulgol. conf. 103. num. 3. vers. Nec obstat quod si possint, & secundum haec invidetur Christiani ad bene faciendum, & ex contrario retraherentur, & nullum videtur fieri praedictum puritati regulae fratrum Minorum, quae tota fundatur, ut vivant in paupertate, & proprium non habeant, nec possi-*

possideant; non tamen vult, nec disponit, ut Ecclesiae non reparentur, ut Capellae non fiant, ut non habeant paramenta pro altaribus, & calices, & thuribula; & ita servatur, ut refert Valquez lib. 3. cap. 102. *instr. controu. num. 6.* allegat Bart. in l. *Civitatibus, ff. de legat. 1. & in l. Servus, ff. de alim. legat.* Regula enim circa victum versatur, ut illum dicunt elemosinaliter quaerant, & totam fidem in Deo deponant illum habendi, juxta illud Luc. 22. *Quando missivos sine sacculo, & pera, & calcamentis numquam desistat vobis?* Voluit enim Beatus Franciscus totaliter abstrahere suos ab affectu, & desiderio terrenorum, & specialiter à pecunia, & utilitatibus. Institutio autem secundum modum praedictum non videtur à regula deviare; & sic in fortioribus terminis concludit Bart. in *traç. Minor. lib. 1. dist. 5. cap. 2. nu. 3.* dum simpliciter ait valere institutionem ad effectum ut bona vendantur, & pretium expendatur in reparationem Ecclesiae, & submistrationem locorum, & Ecclesiarum humilium; idemque tenet Calder. *conf. 345. alijs. 6. de testam. & Guido Papa decis. 327.* ubi aucta observari, & ex stylo Fratrum praedictis praefigi, tantum unius anni ad vendendam hereditatem, & pretium deponendum, in casu autem nostro expressè facta sit, ut totum in id expendatur, unde si diceremus non valere, forte licet expressè diceret non posse fieri elemosinam pro reparatione, & fabrica Ecclesiae, & paramentis altarum, quod maxime absurdum esset: quamobrem institutionem hoc casu validam esse concludit Bart. *in mod. traç. lib. 1. dist. 5. cap. 1. & 2. num. 2. 8. & 9. & 10.*

27 His accedit quod scriptum idem Bart. *ead. lib. 1. dist. 2. c. 3. num. 15.* de clausula, *omni meliori modo apposta*, ut quatenus esset aliquid dubium in institutione directa faciat valere per indirectam per fideicommissum: & quamvis Bald. & Anchar. aliter dixerint, tamen hoc posse procedere in simplici institutione, secundum quam videtur induci modus contrarius regulae. Ac in casu nostro cum sit in institutione sub modo, & ille non sit contrarius regulae, forte alius videtur dicendum.

Quae multò magis videtur procedere post dispensationes Pauli IV. & Pij V. in canon Bullam, quae dicitur *Mare magnum*, de quibus apud Guilelm. de Benedictis in repet. cap. *Raymus, in ver. Totum testamento relinquens*, num. 126. *de testam.*

28 Et quia in hoc testamento sunt ordinati executorum amplissima potestate vendendi, alienandi, & convertendi ad usum destinatum per testatorem, quo casu licet institutio heredis non procederet, ipsi executores censentur instituti heredes, & rogati, ut converterent bona prout testator disposuit, sicut formaliter dixit Bald. in l. *Precibus, C. de impub. & alijs substitut. num. 46.* per text. notab. in cap. *Cum tibi, & testam.* permittendum videtur ut ex quoque dicti executorum voluntatem testatoris, ne pia eius voluntas defraudetur. Quod si objiceretur fore tunc deficiat heredis institutio, sine qua testamentum non valere Responderi poterit executores censeri heredes institutos per praedicta. Praeterea favore pie causae valet testamentum sine heredis institutione: ita Tiraq. l. *in traç. de priv. pia causa, in 15. priv.* per doctrinam Bart. in l. *C. de Sacros. Eccles. sequitur* Barbar. *conf. 8.* & alij plures, quos citat.

29 Nec desunt qui sentiant etiam si dati non essent executores, nihilominus monasterio tubveniri officio iudicis, ut pia voluntas defuncti adimpleatur, quia etiam culibet de populo actionem competere: inter quos Specul. *de instr. edit. §. Noni verò, num. 66. Io. Andr. in cap. Si heredes, de testam.* Bart. in l. *Ne quicquam, §. Cum igitur, de verb. signif.* Bald. in l. *Nulli, C. de Episc. & Cleric. Redoan. in traç. de spol. Eccles. 4. 8. n. 31.*

Denique quatenus praedicta dispositio sustineri non possit iure institutionis, forte tamen sustineri poterit iure legati, cum testator expressè declaraverit se iure legati relinquere casu quo institutio ex aliqua causa in corpore juris clausa non valeret. Certum est enim quamvis Fratres Minores sint in capaces hereditatis, valere tamen legatum rerum stabilitum eis factum sub modo licito, aut etiam simpliciter, cum sub modo licito factum intelligatur.

31 Quia in re satis erit afferte declarationem Sacrae Congregationis Concilij: nam cum relicti essent dictis fratribus annui redditus, quorum sunt incapaces, petrum fuit à Sacra Congregatione, ut declararetur, an Fratres possent sibi vendicare hos annuos redditus, non quidem ut eo modo prout relicti erant singulis annis perciperent, sed venderent, & pretium in necessitates monasterij converterent; Sacra Congregatio censuit Fratres Mendicantes Ordinis Minorum de Observantia esse incapaces annui redditus legati, cum inter immobilia reputentur. Clem. *Exijt, §. Cumque annui redditus, de verb. signif.* Ceterum valere in modum legatum eis factum sub modo licito, nempe ut vendant, & pretium convertant in Ecclesiae necessitates, Franc. in cap. 1. §. *Confirmatos, de relig. domib. in 6.* & idem si modus non sit adjectus; nam sub modo licito relicti intelligitur, Cardin. post Bart. & Bald. in d. Clem. §. *Proinde, nu. 11.* Concilium autem cap. 2. *sess. 25. de Regul.* prohibet solum possessionem, & detentionem, seu dominij acquisitionem.

Ereò magis, quia testator hoc casu usus est dictione copulativa, & videlicet, & quatenus institutio ex aliqua causa non valeret, lego, &c. Unde quatenus non valeat institutio, censetur aequè principaliter legasse; nam copula facit transire dispositionem in speciem diversam, Achil. de Grass. *decis. 1. de clausulis, Caputaquens. decis. 124.* incipien. *Clausula omni meliori modo.* Et de illius natura est utrumque aequè principaliter copulare, cap. *Cum Marthe, de celebr. gloss. & Abb. in cap. Quae velam, de simon.* quamobrem perinde est ac si testator simpliciter, & absolute legasset nulla facta heredis institutione: neque enim legatum ex se validum periculum institutionem vitari debet, cap. *Dilectus, il primo, de prob. & c. g. Visile per inuile non vitatur, & est text. in materia in auth. Ex causa, C. de liber. preter. Haec fere sunt, quae pro validitate huius dispositionis afferri possunt.*

33 Ceterum his non obstantibus verius videtur dispositionem testatoris hoc casu nec sustineri posse iure institutionis, nec iure legati: non quidem iure institutionis; nam quamvis singularia relicta valeant si fiant sub modo licito, aut etiam simpliciter, ut in d. decret. *Exijt, §. Ad hac*, quia fratribus, tamen secus est in institutione, ac iure universali, ut reprobat Bartoli opinio concludit Bald. in auth. *Ingressi, num. 30. C. de Sacros. Eccles. & post*



& post eum Aretin. in l. apud Iulianum, §. Constat, col. 3. ff. de leg. 2. Cardin. in Clem. Exivi, §. Proinde, col. fin. de verb. signific. Anchar. in ead. Clem. col. 2. vers. Secundo casu: & quidem Baldi rationes validissimæ sunt, & præcipue illa, quod jus universale constituit in quodam intellectuali, quod postquam est radicatum, non potest avelli, id est separari. Si sine, §. Sed quod Papin ff. de minor. Unde non potest hoc jus intellectuale converti in aliquem materiale usum: Nam si hæres totam hereditatem veniat, si vendat, si dissipet, semper tamen permanet hæres, l. Sed est legi, §. Quod autem, de pet. hered. & l. Imperator, ad Trebell. cum alijs per eum allegatis. Unde cum fratres Minores non possint hoc jus retinere, nec etiam intellectuale in aliquod materiale converti valeat, merito non sunt capaces: si secus est in singularibus relictis, quia possunt præcise converti, & in eorum usum consumi. & sequitur Card. Zabari, conf. 102. Super factis, vers. Ad secundum, ubi contra opinionem Bart. ait, fratres Minores cum sint specialiter prohibiti, & facti incapaces successorum per d. Clem. Exivi, §. Cupientes, de verb. signific. non posse universaliter succedere etiam quoad hoc, ut debeat illis estimatio: & idem Card. in d. Clem. Exivi, §. Proinde, in fin. Conclusio enim illa quod Mendicantes sint capaces successorum ad effectum, ut vendant, & pretium convertant in eorum necessitates, non procedit in fratribus Minoribus, qui absolute sunt incapaces, sed in alijs Mendicantibus dumtaxat. Erta communiter observari testatur Bald. conf. 8. Super infra scriptis, lib. 1. quem refert, & sequitur Dec. in cap. In presentia, nu. 269. de probat. ubi etiam ait hanc esse communem opinionem.

35 Nec obstat, ut inquit Bart. Quod institutio de fratribus Minoribus sub modo licito contineat duo capita, Unum scilicet ut sint hæredes; aliud ut vendant, & pretium convertant in necessitates fabricæ; & quod licet primum non valeat, debet tamen valere secundum, quemadmodum valeret si testator omnino capere primo, disposuisset de secundo. Respondit enim Bald. secundum caput venite consecratur, & accessorie ad primum. Unde destructo antecedenti, destruitur consequens, arg. l. Alimentaria, §. Siia, ff. de adm. legat. & ex quo institutio est pro non scripta, modus est etiam pro non scripto, ut l. 1. §. In primo, C. de caduc. tollen.

36 Præterea multum habet ponderis consideratio quod Nicolaus IV. in d. cap. Exivi, §. Ad hæc, quia fratribus: dum agit de legatis particularibus statuit, ut si testator modum, secundum quem fratribus eorum conditione inspecta recipere non liceret, exprimat in legando, à tali legato per omnem modum fratres abstineant. Sed si modum licitum fratribus in legando testator expresse, declarat illud recipi posse servatis moderatim ibi præscriptis; & similiter Clemens V. in Clem. Exivi, in §. Porreca, agens de legatis particularibus declarat illa recipi posse secundum ea, quæ ejus prædecessor expresse in d. cap. Exivi, est cum modus licitus est adjectus. At vero in §. Cupientes, ubi agit de successione, & jure universali, eam distinctionem non adhibet, sed declarando dicit, successione hujusmodi fratres dicti Ordinis considerata sui puritate non nullatenus esse capaces; adiciens necesse est valorem hereditatum ta-

lium, vel eorum earum patrem; quod præsumi posset hoc in fraudem fieri quasi sub modo, & forma legati sibi dimitti facere, vel sic dimissa recipere: quin potius ista fit fieri ab ipsi simpliciter prohibuit. Hæc autem diversitas, quæ ponitur inter legata particularia, & sic successione universalem, planè convincit non æquæ fratres Minores esse capaces successorum, ac legatorum; sed legatorum quidem si sub modo licito relinquuntur. Successione vero simpliciter, & absolute esse incapaces; Præsertim ponderando dictionem, nullatenus, de qua in d. §. Cupientes, quæ cum sit universalis negativa, & idem importet, quod nullo modo, c. 1. §. Ad hæc, ubi Archid. de restit. spoliat. in 6. excludit capacitatem successorum etiam per modum alii heritum, & sicque ut fratres sint incapaces successorum in quantumque parte etiam minima, ut de hac dictione nullatenus, dicit Gemin. conf. 35. Proclariori, num. 2. & omnem dispensationem excludit, secundum glof. in Clem. Ut us, in verb. Nullo modo, de atat. & quod. Quid enim opus fuisset eam distinctionem adhibere in legatis, & successione simpliciter prohibere, si tam legatorum, quàm successorum essent capaces ubi modus licitus esset adjectus.

Et confirmatur quia si distinguendum non esset inter successione, & legatum, sequeretur ut fratres Minores essent capaces institutionis simpliciter factæ, sicut sunt legatorum, quæ cum modus non est adjectus, consentitur facta sub modo licito, ut in d. decret. Exivi, §. Ad hæc quia fratribus, vers. Si vero fratribus ipsi generaliter aliquid absque modo expressione legitur, & declaratavi. Congregatio Concilij. Sed consequens est absurdum, quia institutionis simpliciter factæ prædicti fratres sunt absolute incapaces, ut in d. §. Cupientes, Ergo & antecedens.

38 Ac denique quatenus etiam institutio ad effectum vendendi non repugnet regulæ in his quæ pertinent ad dominium, possessionem, vel usum rerum, considerandum est tamen in fratre, ut præfertur institutos, cum secundum Bald. nunquam desinant esse hæredes, transire jura, & actiones activæ, & passivæ. Hæres enim tenetur de facto, de contractu, & delicto defuncti, Bald. in l. Iulianus, §. Sanè, in fin. C. de sacros. Eccles. Et potest conveniri actione personali quatenus non possideat, l. 1. & ibi Bart. C. de hered. action. 2. cod. tit. Imo tenetur etiam ultra vires hereditarias si inventarium non consecerit, ut in Auth. de hered. & Falcid. §. Hinc nobis, l. 1. §. Incimus, C. de iur. delib. Fed. de Sen. conf. 21. Item tenetur exonera- re conscientiam defuncti, cap. In literis, de reptor. Item sortitur forum, & conveniri potest in loco defuncti, v. l. ejus foro, l. Hæres absens, in prin. & ibi DD. ff. de iudic. etiam si alias sit exemptus, secundum Bart. ibi Item tenetur de evizione pro re vendita per executores testamenti, Bart. in l. Alto, in fin. de adm. & jubar. legat. & ad alia plurima his similia.

Fingamus ergo fratres Minores institutos sub conditione, ut vendant bona hereditaria, ad quæ hereditatem, & bona distaxillæ, & pretium erogasse in usum fabricæ, vel sacrilicæ, aut in eorum necessitates; quis tenebitur ad debita hereditaria? & quomodo consultum erit creditoribus eruntne actione personali conveniendi fratres, quorum inopia omnem actionem excludit, ac reddi-

dit in anem: quæ exonerabit conscientiam defuncti; quatenus de evizione, si bona hereditatis distracta evincantur, aut alia adimplebit, quæ ab hæredibus præstari oportet? Præterquam quod hujusmodi res valde repugnant intentioni S. Institoris qui voluit suos fratres ab his curiis, & sollicitudinibus omnino avocare, ut patet ex dicta Clem. Exivi, §. Amplius, ibi: (nullo modo debent hujusmodi voti, & regulæ professores se talibus curiis, & litigiosis actionibus immiscere, ut & testimonium habeant ab his, qui foris sunt, & puritati satisfaciunt voti sui, ac eviter per hoc scandalum proximorum.) Quæ ratio inter alias movet etiam Io. XXII. in d. Extravag. Ad conditorem, ad renunciandum juri Ecclesiæ Romanæ super bonis relictis, aut oblatiis prædictis fratribus, ut in §. Rursum, ibi, Nam quid non præfate Ecclesiæ derogatur honori, si ipsum oportet nunc in foro ecclesiastico, nunc in seculari, interdem quoque coram pedaneis iudicibus, & pleurumque pro rebus parvis, & in vilibus continuò litigare. Non igitur mirum si successibus, ac juris universalis fratres prædicti absolute, & nulla distinctione adhibita declarantur esse incapaces.

Nec urget inconvenientia superius relata, quod ex contrario Christi fideles retraherentur ab operibus charitatis; ecclesiæ non edificarentur, &c. Si quidem hujusmodi seemofynæ fieri possunt per viam oblationum, & legatorum particularium, quorum fratres sunt capaces, si modus licitus adjectus: ut dictum est supra, non autem per viam institutionis, ac juris universalis, quia opera charitatis exerceri non debent modo illicito, per quem fratres inducantur ad regulæ transgressionem, ut patet in d. cap. Exivi, §. Quia vero puritatem, vers. Non enim verisimile est.

39 Quemadmodum nec obstat quod scripsit Bart. de clausula, omni meliori modo, vel codicillari, & quod venientes ab intestato censentur institui hæredes: nam in hoc quoque articulo eum reprobat Bald. in d. Auth. Ingressi, num. 54. & sequitur Petr. de Anchar. in d. Clem. Exivi, col. 4. in fin. vers. Et per ista, & Duenn. reg. 381. in §. amputatione, ubi alios citat: quia virtus prædictæ clausulæ est, ut institutio convertatur in fideicommissum universale, cum quo habet symbolum, & ita procedit text. in l. Eam quam, C. de fideicommissum in qua Bart. se fundat: non autem in fideicommissum particularis: sed fideicommissi universalis fratres Minores sunt incapaces. Ergo quoad eos prædicta clausula, aut tacita executorum institutio nihil operatur, nec deducit universale in particulare, ut per Bald. ibi.

41 Amplius non obstat, quod deficientibus executoribus subveniendum sit fratribus per officium iudicis: nam responderet id habere locum in legatis particularibus tantum, ad quæ solvenda prædicta Decretalis, Exivi, in §. Ad hæc quia fratribus, non solum præcipit, ut tam hæredes testatorum quam executoribus præbeant liberales, sed etiam ut iudices se ex officio suo promptos exhibeant ad pias voluntates deficientium adimplendas. At secus est ubi fratres sunt instituti hæredes; & quia tunc testamentum est nullum, & hereditas defertur venientibus ab intestato, nisi adit coheres, vel substitutus, Bart. in 1. act. Minor, lib. 1. dist. 1. cap. 2. Fed. de Sen. conf. 26. in prin. & est communis opinio secundum Rom. conf. 296. circa declarationem,

in prin. ad eorum venientes ab intestato nec renentur in foro conscientia hæreditariæ fratribus restitueri, ut articulo uniusque discusso concludit Bart. d. lib. 1. dist. 1. cap. 2. Bald. verò in l. Nulli, C. de Ep. & Cler. Specul. & alij in contrarium allegati non loquuntur de fratribus Minoribus qui sunt incapaces, sed de pauperibus, vel alia pia causa, cui subvenitur per officium iudicis, aut certe intelligendi sunt de legatis particularibus tantum, per supra dicta.

42 Denique non obstant dispensationes Sixti IV. Pauli IV. & Pij V. nam illa Pij V. habet clausulam, quatenus decreta Tridentini Concilij non adven- tur: & omnes redactæ sunt ad terminos Concilij tam ejusdem Pij V. quam Gregorij XIII. neque enim videtur dubitandum quin dispensationes hujusmodi advenirent Concilio, cum in l. 1. ff. 2. de regul. præcipiatur Regularibus omnibus, ut ad regulæ quam professi sunt præscriptum, vitam instituant, & componant, & in cap. 3. ejusdem ff. A concessione possidendi bona immobilia in communi excipiantur in specie fratres Capuccini, & Minores de Observantia. Quæcumque igitur dispensatio, quæ regulæ adversatur, cujuscumodi est jus succedendi quoad fratres Minores, adversatur etiam Concilio, quod præcipit ut regulæ observentur.

43 Hæc autem adeo vera sunt, ut institutio nec valide fieri possit de Ecclesiâ ipsa fratrum Minorum ut similiter contra Bartol. qui censuit hereditatem hoc casu acquiri Ecclesiæ Romanæ, de cujus proprietate sunt Ecclesiæ fratrum Minorum, determinat Bald. in d. Auth. Ingressi, num. 55. Movetur inter cætera, quia aut sumitur Ecclesiâ materialiter pro edificio; hoc modo cum Ecclesiâ sit quid insensatum, non est sufficiens medium ad acquirendum Ecclesiæ Romanæ civili acquisitionem. l. Pecoris, ff. de servit. rustic. præd. & l. Vi pomum, C. de servit. Aut luminor Ecclesiâ personaliter, & significative, ut l. Mortuo, ff. de fideiuss. & tunc cum significet, & representet Collegium fratrum, sequitur, ut Ecclesiæ Romanæ acquiri non possit, quia cum debeat acquiri mediante organo, & organum sit inhabile, acquisitio impeditur, l. 1. §. Ceterum, de acquir. possess. & l. Quacumque gerimus, de action. & obligat. Allegat etiam notata in Clem. Religiosus, de Procur. subdens impedimentum regulæ videri de jure naturalis, & divino, & in his quæ requirant medium, cessante medio cessare acquisitionem.

Ad hæc Bartoli interpretatio, quod acquiratur Ecclesiæ Romanæ, non solum est contra mentem testatoris, qui voluit legare pauperibus, non Ecclesiæ Romanæ, l. Non dubium, C. de testam. sed etiam contra declarationem Io. XXII. in d. Extravag. Ad conditorem, qui renunciavit omni acquisitioni domini per dictos fratres facienda Ecclesiæ Romanæ. Ac demum in persona vera ipsorum fratrum non valet institutio. Ergo multo minus valet in persona ficta: ut in Auth. de mpt. §. Optimi. Ex quibus, atque alijs, rationibus Bald. dicit se de facto contra opinionem Bart. consultuisse; habetur ejus conf. lib. 4. conf. 416. Visa substitutione; & idem tenet Io. de Lignan, in d. Clem. Exivi, & ibi etiam Anchar. num. 6. In quo tamen articulo, quia non delant qui sentiant oppositum, non videtur insistendi, cum non sit casus noster, in quo testator non instituit Ecclesiâ, sed ipsos fratres,



tres, licet modum ut supra adiecerit.

44 Sed nec iure legati dispositio testatoris hoc casu sustineri potest: quia fratres Minores eodem modo sunt incapaces legati universalis, atque institutionis, text. est in Clem. Exiri, §. Cupientes, qui de successione loquitur, de verb. signific. & tradit Bart. in d. tract. Minor, lib. 1. dist. 2. cap. 1. Bald. in d. Anthen. Ingressi, nu. 15. C. de sacrosanct. Eccles. Anchar. in d. Clem. Exiri, col. 3. vers. Secundum membrum, Capr. conf. 21. col. 2. Paul. conf. 65. col. 4. vol. 2. Inl. in l. nu. 99. ff. de leg. 1. & de legato hereditatis idem Bart. eod. tract. & lib. dist. 3. cap. 1. de hereditate, Prædicta autem distinctio an fuerit relicto sub modo licito, necne fieri debet in legatis particularibus tantum, iuxta text. in d. cap. Exiri, §. Ad hac quia fratribus, & resolutionem S. Congregationis Conclij superius relatam num. 11. non autem in successione universali, ut dictum est supra, & declarat Card. d. conf. 102. vers. Ad secundum; fideicommissarius enim universalis est hæres in effectu, l. Qui quadragesima, ff. ad Trebell. & l. Cum filius, ff. Quod cum eo; & rationes adductæ per Bald. in d. auth. Ingressi, æquæ militat in relicto universali, atque in hæredis institutione. Hoc autem casu testator quatenus non valeret institutio iure legati legavit: unde in effectu hoc est legatum totius hereditatis iuris universalis, cuius fratres sunt incapaces, etiam modus licitus adijciatur, ut superius probatum est. Virtus autem hujus clausulæ est ut institutio transeat in fideicommissum universale dumtaxat, non autem in legatum particulare, ut inquit Bald. in d. auth. Ingressi num. 54.

Postremo cum similes casus olim contigisset, in quo testator instituerat hæredes Fratres Minores S. Franciscæ dejecta clausula; quod si forsitan aliquo modo essent incapaces dictæ hereditatis, tunc bona cederent monasterio pro augmento fabricæ, & alimentis fratrum: Sacra Congregatio super hoc consulta censuit simpliciter respondendum fratres esse incapaces. Quid autem faciendum esset de hereditate non esse Congregationis definire, sed ad eundem indices ordinarios.

46 Successive QVAERO, An, & quibus casibus valida sint legata bonorum mobilium, vel annui redditus facta Fratribus Minoribus S. Francisci tam de Observantia, quam ex Reformatione, aut eorum Ecclesiæ, vel sacristiæ.

Solutio questionis patebit ex infrascriptis declarationibus me Secretario editis in Congregatione à S. D. N. Urbano VIII. eorundem fratrum negocijs præposita.

47 Distinctio I. De legatis bonorum mobilium.

Articulus I. An Fratres Minores tam de familia, quam Reformati sint capaces legatorum bonorum mobilium, quæ unica solutione, seu præstatione adimplentur tam in pecunia numerata, quam in alijs speciebus.

Articulus II. An possint eadem legata in iudicio, aut extra exigere per se ipsos, vel Syndicum apostolicum.

Articulus III. An fabricæ Sancti Petri liceat in huiusmodi legatis se ingerere infra annum, ex quo dies legati cessit.

Articulus IV. Et quid elapso anno.

Distinctio II. De legatis factis fabricæ.

48 Articulus I. An valeat legatum annui redditus factum fabricæ, sacristiæ, vel ecclesiæ Fratrum minorum tam de familia, quam ex Reformatione.

Articulus II. An liceat fratribus huiusmodi legata in iudicio exigere per eorum Procuratores, vel Syndicos apostolicos.

Articulus III. An liceat eisdem erogare prædicta legata in usus fratrum; an verò illa omnino converti debeant in usus à testatoribus præscriptos.

Articulus IV. An fabricæ S. Petri liceat infra annum se ingerere in proprietate horum legatorum pro fabrica, vel sacristiæ, transigendo cum hæredibus, aut alijs de eadem proprietate disponendo.

Articulus V. Et quid transacto anno.

Articulus VI. An liceat eisdem fabricæ S. Petri se immiscere præstationibus, seu fructibus eorundem legatorum ab anno decursis, & non solutis.

Articulus VII. Et quid infra annum, ex quo cessit dies præstationis.

Distinctio III. De legatis annuis cum onere.

49 Articulus I. An Fratres minores tam de familia, quam Reformati sint capaces legatorum annuorum, quæ sunt adjecto onere celebrationis missarum.

Articulus II. An idem possint pro his legatis in iudicio experiri agendo, aut iudicis officium implorando.

Articulus III. An possint Fratres illa accipere à sponte offerentibus celebrando missas ad rationem rei acceptæ.

Articulus IV. An possint illa sponte oblata accipere per se ipsos, an verò per Syndicum apostolicum.

Articulus V. An Fratres possint huiusmodi legata extinguere, aut illorum proprietatem vendere, & pretium erogare in usum fabricæ, vel sacristiæ.

Articulus VI. An liceat fabricæ S. Petri proprietatem eorundem legatorum cum onere missarum sibi vendicare tam elapso anno, quam antea.

Articulus VII. An eidem fabricæ liceat sibi vendicare annuas præstationes decursas, & non solutas tam antea annum, quam post.

Distinctio IV. De legatis annuis sine onere.

50 Articulus I. An Fratres minores tam Observantes, quam Reformati sint capaces legatorum annuorum sine aliquo onere, aut modo adjecto saltem ad effectum illa extinguendi, & pretium erogandi in usus fabricæ, vel sacristiæ.

Articulus II. An ad hunc effectum possint eandem proprietatem in iudicio petere per Syndicum apostolicum.

Articulus III. An possint illam convertere in usus fratrum.

Articulus IV. Et quid si cæperint illorum annuas præstationes accipere.

Articulus V. An possint Fratres exigere iudicialiter annuas præstationes eorundem legatorum in vim Martinianæ.

Art.

Articulus VI. Et quid post ultimum decretum S. Congregationis hac de re editum.

Articulus VII. An Fratres teneantur protestari se esse incapaces eorumdem legatorum.

Articulus VIII. An possint illas à sponte dantibus accipere per se ipsos, vel per Syndicos Apostolicos.

Articulus IX. An hæredes teneantur illorum præstationes Fratribusolvere in foro conscientiarum.

Articulus X. An fabrica S. Petri jus habeat sibi vendicandi horum legatorum proprietatem tam elapso anno, quam antea.

Articulus XI. Et quid de annuis præstationibus decursis, & non solutis.

Articulus XII. An hæc omnia procedant etiam in legatis annuis ad modicum tempus.

51 Die 9. Septembris 1628. Sacra Congregatio negocijs Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia à S. D. N. præfecta ad singulos articulos superius propofitos ad hunc modum respondit, videlicet.

Distinctio I.

Ad I. Articulum. Fratres Minores tam de familia, quam Reformatos esse capaces legatorum bonorum mobilium, quæ unica solutione, seu præstatione adimplentur tam in pecunia numerata, quam in alijs speciebus, dummodo tamen huiusmodi legata sint in quantitate moderata, & non in fraudem paupertatis.

Ad II. Fratres quidem nec per se ipsos, nec per interpositam personam posse eadem legata in iudicio exigere, sed Syndicum Sedis Apostolicæ tantum iudicis officium implorare, dummodo similiter illa in moderata sint quantitate, & sine ulla fraude paupertatis, & re ipsa erogentur in Fratrum necessitates. Extra iudicium verò ita demum legata huiusmodi accipi posse à Fratribus per se ipsos, si in alijs speciebus consistant, & accipiantur in ea tantum quantitate, quam vera, & imminens eorum necessitas postulet; sed superfluum, aut pecunias à Syndico tantum posse accipi, dum tamen id omne in Fratrum necessitates convertatur.

Ad III. Non licere fabricæ S. Petri in huiusmodi legatis bonorum mobilium se ingerere infra annum, ex quo dies legati cessit.

Ad IV. Elapso anno licere ad præscriptum suarum facultatum.

Distinctio II.

Ad I. articulum. Valere legatum annui redditus factum Sacristiæ, vel fabricæ Ecclesiæ, vel Conventus Fratrum Minorum tam de familia, quam de Reformatione, nisi ad sit excessus in quantitate.

Ad II. Nec per se ipsos, nec per alios licere fratribus in iudicio exigere huiusmodi legata, sed Syndico Apostolico dumtaxat.

Ad III. Non licere eadem annuitus legata erogare in usus fratrum, sed illa omnino converti debere in usus à testatoribus præscriptos.

Ad IV. Fabricæ S. Petri non licere infra annum se ingerere in proprietate horum legatorum cum hæredibus transigendo, aut alijs disponendo de

52

eadem proprietate.

Ad V. Idem non licere.

Ad VI. & VII. Possit fabricam S. Petri se immiscere in præstationibus, seu fructibus eorundem legatorum ab anno decursis, & non solutis; non autem infra annum, ex quo dies præstationis cessit.

53

Ad I. articulum. Fratres Minores tam de familia, quam ex Reformatione nullatenus esse capaces legatorum annuorum, quæ sunt adjecto onere celebrationis missarum.

Ad II. Non posse pro his legatis in iudicio experiri, aut iudicis officium implorare.

Ad III. Possit fratres illa accipere per modum elemosinæ à sponte offerentibus celebrando missas ad rationem rei acceptæ, citra tamen ullam obligationem ad onus perpetuum, & dummodo prius protestentur se illorum capaces non esse.

Ad IV. Syndicum Apostolicum, & pro fratrum necessitatibus, non autem fratres ipsos etiam per alios posse huiusmodi legata urcumque sponte oblata accipere, si in pecunia consistant.

Ad V. Non posse fratres huiusmodi legata extinguere, aut illorum proprietatem vendere, & pretium erogare in usus fabricæ, vel sacristiæ.

Ad VI. Licere fabricæ S. Petri ad usurum facultatum præscriptum sibi vendicare eorundem legatorum proprietatem cum onere missarum celebrandarum tam elapso anno, quam antea.

Ad VII. Similiter licere.

Distinctio III.

Ad I. articulum. Fratres Minores tam de familia, quam ex Reformatione nullatenus esse capaces legatorum annuorum, quæ sunt adjecto onere celebrationis missarum.

Ad II. Non posse pro his legatis in iudicio experiri, aut iudicis officium implorare.

Ad III. Possit fratres illa accipere per modum elemosinæ à sponte offerentibus celebrando missas ad rationem rei acceptæ, citra tamen ullam obligationem ad onus perpetuum, & dummodo prius protestentur se illorum capaces non esse.

Ad IV. Syndicum Apostolicum, & pro fratrum necessitatibus, non autem fratres ipsos etiam per alios posse huiusmodi legata urcumque sponte oblata accipere, si in pecunia consistant.

Ad V. Non posse fratres huiusmodi legata extinguere, aut illorum proprietatem vendere, & pretium erogare in usus fabricæ, vel sacristiæ.

Ad VI. Licere fabricæ S. Petri ad usurum facultatum præscriptum sibi vendicare eorundem legatorum proprietatem cum onere missarum celebrandarum tam elapso anno, quam antea.

Ad VII. Similiter licere.

Distinctio IV.

54 Ad primum articulum. Fratres Minores tam Observantes, quam Reformatos non esse capaces legatorum annuorum, quæ sunt sine aliquo onere, aut modo adjecto, nisi ad effectum illa extinguendi, seu illorum proprietatem, & pretium convertendi in usus fabricæ, vel sacristiæ.

Ad II. Non fratres ipsos, sed Syndicum apostolicum tantum posse eandem proprietatem in iudicio petere.

Ad III. Possit convertere.

Ad IV. Si fratres cæperint illorum annuas præstationes accipere, ne hæc fiat fraus paupertati, expedire ut de cætero decernatur eo casu non licere amplius fratribus eandem proprietatem vendere, ac pretium in usus fabricæ, vel sacristiæ erogare: Ideoque agendum cum S. D. N.

Ad V. & VI. Fratres nullo modo posse in iudicio exigere annuas eorumdem legatorum præstationes.

Ad VII. Teneri.

Ad VIII. Possit illa per modum elemosinæ, & à sponte dantibus accipere etiam per se ipsos, si in alijs speciebus consistant: quod si in pecunia, non nisi per Syndicum apostolicum.

Ad IX. Non teneri.

Ad X. Fabricam S. Petri nullum jus habere vendicandi horum legatorum proprietatem, nisi elapso anno iuxta suas facultates.

Ad XI. Similiter non habere jus vendicandi huiusmodi annuas præstationes, nisi ab anno decursis.

Ad XII. Hæc omnia locum non habere in legatis infra decennium, sed in his tantum, quæ sunt ad decem annos, & ultra.

C

Cum



Cum his declarationibus consentiunt alia decreta ab eadem Congregatione edita 14. Junij 1628. & die seq. publicata in Congregatione generali Fratrum Minorum de Observ. in presentia D. Cardinalis Gypsi, quorum tenor talis est videlicet.

**SACRA CONGREGATIO** ad S. D. N. Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci Cismontanae familiae consultationibus praeposita volens quantum potest in Domino ipsorum postularo satisfacere circa Novitios ad habitum, & professionem admittendos; Sanctitate sua approbante, censuit tunc demum esse illis permitendum, ut Novitios ut supra recipiant, cum constitit ex ipsorum Coaventibus eos fuisse abusus omnes, qui Regulae S. Francisci Observantiae adferantur. Quod ubi praesertim, designanda erunt loca pro iisdem Novitiis recipiendis, & praescribendis recipiendorum numerus, & qualitas, & alia ad eorum institutionem pertinentia; & prout unaquaque Provincia id exequetur, eidem receptionem huiusmodi fore permitendam.

Abusus vero quibus eos propterea mederi oportebit, sunt postillimum infra scripti.

Ac primum abdicent a se, & eorum Conventibus non solum pistrina, ac bona omnia immobilia, quae alliebi contra Regulam puritatem, & declarationes f. l. recor. Nicolai III. & Clem. V. extra, vel intra septa monasteriorum detinent: sed etiam census perpetuos, & legata annua, super quibus Sacra Congregatio praecipit observari decretum Congregationis generalis Romae habitae die 17. Maij 1603. Cuius tenor talis est.

**CUM ANNUOS REDDITUS**, sicut caetera bona immobilia nobis habere non liceat, ideo renovantes alia generalia statuta, decernimus quod Frater inducat personam aliquam ad eleemosynam perpetuam Ordini nostro exhibendam, nec exhibitam a quoquam vivente suscipiat; & si aliqui talis nobis fuerit relicta, nullo modo in iudicio exigatur: declarantes quod ad perpetua legata p. tenda non possunt fratres recurre, nisi humiliter, & per modum eleemosynae abque allegatione alicuius debiti. Decernitur praeterea,

57 ac praecipitur p. S. Obedientiam, quod quoties relinquitur aliqua legata perpetua alicuius personae, & Hospitalibus, vel alicuius Republicae, & alijs domibus ea lege quod teneantur fratribus praestare singulis annis certam eleemosynam, sive omnino gratis, sive ut ipsi fratres dicant certa officia, & missas, quod Guardianus faciat protestationem ei, qui testatoris voluntatem adimplere tenetur, quod cum ad illas eleemosynas nullum jus habeant ex legati, non possunt obligari ad illa officia, & missas. Si tamen facta ista protestatione haeres ex sua libera voluntate voluerit dare eleemosynas illis, & committere fratribus dicta officia, & missas; tunc fratres tuta conscientia possunt eleemosynas huiusmodi recipere. Quod totum, & multo fortius in relictis legatis singularibus fratribus simili modo faciendum esse decernimus. Inhibemus autem, ne Syndicus in sua persona huiusmodi annuos redditus recipiat distribuendos ipsis fratribus. Protestatio autem sic fiat sub sigillo Conventus, videlicet: Nos Frater N. Guardianus, & Fratres Discreti huius Conventus N. dicimus ad nostram notitiam pervenisse quondam N. certam eleemosynam quantitatem Con-

ventui huic distribuendam perpetuo gratis, vel forsitan pro aliquibus officijs, aut missis dicendis legaliter. Cumque legata huiusmodi, nisi per viam simplicis eleemosynae acceptae ex instituto sancto nostro, & iure nobis non liceat, ideo per praesentes libere protestamur in Domino, quod legata praedicta tamquam illius incapaces ex vi legati recipere nolumus, nec intendimus. Si tamen haeres commissarius, aut legatarius ipsius testatoris dictam quantitatem per viam simplicis eleemosynae omni obligatione, dominio, & proprietate penitus cessantibus, nobis libere conferre voluerit, illam simpliciter accipiemus, & protestatoris voluntatis quantum in nobis fuerit plene, ac fideliter satisfaciemus. Haec autem protestatio subscripta per Guardianum, & Discretos Conventus dabitur illi, qui tenetur testatoris voluntatem implere: & eadem protestatio scribetur in libro Conventus, ut constare possit succedentibus Guardianis hanc Constitutionem fuisse ad plenum adimpletam.

58 Est autem haec protestatio necessaria, ut optime decernit D. Bonaventura hanc disputans quaestionem; & ex Apostolicis declarationibus Regulae nostrae colligitur. Et ut omnibus sit compertum id quod tantopere est nobis necessarium; ipsam D. Bonaventurae quaestionem cum ex suo Apologico de sumptibus hic apponere de industria non gravabimur, quae talis est ut sequitur.

**CVM ASSERATIS** vos secundum Regulam, & professionem vestram nullos debere recipere proventus: ditium, seu possessiones, exceptis domibus, in quibus habitatis, videlicet in domibus Regulae vestrae in eo, quod recipitis domos, vel areas non contiguas vestris aedibus, in quibus habitatis: eodem enim modo si hoc licet, poteritis etiam vineas recipere, & agros, & mansos, & similia quae recipere in domibus, & villas, & castra, & terras, & oppida, & quaecumque sunt in vobis data; & sic pristina paupertas, & mendicitas, quam professi estis, paulatim evanesceret, & non eritis discipuli S. Francisci, cum non. quamvis vestigia eius, nec eius Regulae teneatis: de donibus enim vobis contiguis potest esse exculabile, quod pro ditata area vestra illas quandoque recipiatis, sed de alijs non, in quibus homines alios pro consulo-catis, quem procurator, vester loco vestri exigit, & in usus vestros convertit de voluntate vestra. Si qui in talibus incaute agunt, dolemus, & contradicimus, & prohibemus. Qualiter autem in hoc licet agere possimus, advertet; & tunc non iudicabis nos, si ille intelligis, transgressores. Protestamur nos secundum Regulam nostram nil debere, seu velle possessionis, vel certorum reddituum recipere, vel habere, quia vero mendicium sumus, & pauperes, & quibus pro praesenti necessitate indigemus, ideo recipimus prout licet, sive pro solvendis debitis, vel alijs necessarijs procurandis. Cum ergo aliquis ex devotione vult nobis legare domum suam, vel aream non contiguam nostrae mansioni, non recipimus eam per nos, nec per interpositam personam ut nostram, sed si ille eam disponit per alium quemcumque, ut ea vendita de pretio eius provideatur; nobis ex parte sui in his, quibus tunc indigemus procurandis, vel solvendis debitis, acceptamus. Si autem ille timens ne forte eius talis dispositio per haeres suos, vel alios in posterum impediatur, & propter hoc pra-

occu-

occupat roborare illam sigillo alicuius iudicis, vel civium, vel aliter, &c. & sic committit eam alicui amico suo, vel fratri qui conservat quod ipse disponit de domo tali, vel area, nil ad nos, cum de rebus suis possit ordinare quod vult, nec locum talem, vel domum dicimus esse nostram, cum nihil iuris nos in ea proestiam ut habere. Similiter si aliquis disponeret per amicum, vel alium, quod de pretio, vel de proventibus illis, vel illis darentur fratribus tot panes quotidie vel tantum eleemosynae singulis septimanis, aut annis, non essemus propter hoc praedij, vel reddituum possessores; nam si inespertem eleemosynam aliquis dives permittat quod singulis annis velit dare fratribus duas tunicas, vel tantum unam, vel singulis hebdomadis tot panes, & hoc committat officialibus suis, ut vice sui illa dent eam absente, & hoc pro fratribus recipiam, vel etiam si illi negligant dare, admonendo exigam, numquid propterea certos redditus habere dicendi sumus? Cum non ex iure, sed ex gratia solum talem eleemosynam recipiamus, vel exigamus.

Et si post obitum illius uxor ejus, vel alij amici pro anima illius adhuc velint aliquo tempore talem nobis eleemosynam per se, vel ex dispositione illius largiri, possimus similiter accipere ex tali gratia: ita quod quando cumque nolent amplius ista dare, nihil peteremus ab eis quasi ex debito, sed more mendicorum recurremus ad domum elementis domini pro quotidiana eleemosyna quando illi placeat; sed quando plus nollet, discerimus ut cui gratias agentes de dato, & non murmurantes de negato. Haec est vera, & pura vita mendicorum, quod datur ex gratia recipere, non ex iure. De censibus vero domorum fratrum legatorum nihil quaerimus, sicut nec de alijs redditibus. Si autem ante quam vendantur aliquem inde censum dare volunt hi, in quorum tunc potestate sunt illae domus, nihil iuris habere in eo protestamur, sed eleemosynam nobis sponte oblatam simpliciter recipimus, sicut aliunde donatam. Quia vero Dominus docet nos cavere ab hominibus *Matth. 10.* & Apostolus ab omni specie mali abstinere *1. Thimo. 5.* Ne putemur ab ignorantibus transgressores regulae nostrae, debemus aperte protestari nihil nobis iuris in talibus donationibus velle habere, sicut tenetur suspectus de fornicatione omnia illa cavere, ex quibus potest ista suspicio probabilis iudicari. Haec omnia D. Bonaventura.

Sed quia in his casibus solet aliquando evenire, quod annuus redditus ob temporis antiquitatem non comparjatur habere aliquem patronum, cui fieri habeat talis, ut supra, protestatio, decernimus quod in tali casu servetur statutum Ordinis Minorum sub Paulo II. contentum in Constitutionibus super *cap. 6. Reg. & 5. Inhibemus.* Quod nimirum huiusmodi redditus assignetur Re. & oribus spiritualibus, aut temporalibus Collegiorum, aut Communitatum, Terrarum, aut Civitatum, qui tales eleemosynas, sive fructus, vel redditus annuos nomine Ecclesiae Romanae, vel donantium sine fratribus exigant, & recipiant, & fratribus sive alijs Sacerdotibus, quando fratres noluerint tales Missas, vel suffragia iuxta piam intentionem benefactorum in toto, vel in parte secundum quantitatem talium obventionum interdicere faciant.

Item statuitur, ut deinceps nulla instrumenta

*Prosp. Fagn. in 2. par. 5. lib. Decretal.*

publica fiant a fratribus capitulariter congregatis nec quocumque alio modo se habentibus, in quibus transferatur dominium, & proprietates alicuius capellae, sive sepulturae, cum hoc omnino sit contra Regulam, & nostro repugnet instituto; nam quomodo aliquis dat quod non habet? Si tamen occasio se obtulerit, in qua oporteat satisfacere devota fidelium voluntati, id fiat per modos nostrae regulae, & instituto congruentes. Est autem protestatio praedicta necessaria, ne ut ait D. Bonaventura, ab ignorantibus nostrum institutum regulae nostrae transgressores iudicemus; Cuius Scraphici Doctoris sententiam hic inferendam iudicavimus, quatenus e medio tollatur abusus ignorantissimorum aliquorum, qui existimantes Chiribidum fugere, in Scillam inciderunt in favorem Ordinariorum, vel alicuius tertij, vel haereditis, renuntiantes praedicta legata, quasi non esset opus proprietatis, & dominij donare, sicut accipere, & summa demencia alienum renuntiare.

De huiusmodi autem bonis, seu illorum pretio Generalis, vel Commissarius Generalis una cum consilio Guardiani, & Discretorum Conventus in usum Sacrae, fabricae Ecclesiae, & Conventus provideat, prout illorum necessitate prospecta salubriter in Domino expedire arbitrabitur. Ecce haec provisiōne quam primum factam hanc Congregationem fideliter certiore faciat. Hanc vero bonorum abdicationem, & legatorum renunciationem fuisse executioni demandatam constate debet huic Sacrae Congregationi ex Generalis, vel Commissarii generalis, & Ordinariorum attestationibus gratis, & absque ullo fratrum dispendio concedendis.

Deinde ad fratres particularibus auferatur cuiuscumque rei proprietates, si quaesit, & omnia in communi redigantur ad Regulam Sac. Can. Apostol. Constitut. & S. Concil. Trid. dispositionem. Postillimum vero tollantur pecuniae, & quam primum infirmantur in veras, & communes ipsorum Conventuum necessitates; idque fiat a Syndico Apostolicis tantum, ita ut nihil pecuniae mediate, vel immediate super sit in manibus, vel potestate fratrum etiam Superiorum.

59 Ad haec tollatur abusus Aromatatarum, ita ut de caetero ille non retineatur, nisi ad usum monasteriorum dumtaxat, nec liceat res illarum cuique vendere.

60 Praeterea nullo modo habeant in eorum Ecclesijs, vel Sacristijs, aut alibi cippos, & truncos Ordinariorum ad offerendum, seu donantium pecunias, nec capsulas pro eleemosynis Missarum.

Ac demum Superiores Regulares invigilent ut fratres communi mensa utantur, divina officia temporibus debitis recitent, vacent orationi mentali, & divinum cultum diligenter exercent, ac caetera impleant, ad quae pro Regulae observatione tenentur.

Haec autem superius expressa fuisse ad effectum perducta constare debet eidem S. Congregationi, ex attestationibus medio juramento Generalis, aut Commissarii generalis, aut Visitatorum praevia diligenti informatione capta in visitatione singularium Conventuum cuiusque Provinciae. Romae 14 Junij 1628.

61 Porro supra scriptis declarationibus, & decretis non adferantur, quin potius faveant alia decreta in Congregatione fabricae Sancti Petri edita iussu S. D. N. in haec verba.

C 2

DE-



DECRETUM SAC. CONGREGATIONIS FABRICAE PRINCIPIS APOSTOLORUM DE URBE SUPER LEGATIS RELIQUIS PP. MINORIBUS DE OBSERVANTIA S. FRANCISCI.

CUM sepius fuerit habitus recursum ad Sacram Congregationem Ven. Fabricae S. Petri super annuis Legatis factis, seu facien. ad favorem fratrum S. Francisci Minorum de observantia, cum onere Militarum, seu Officiorum sine gratia, sive alio modo.

Præterdente Ven. Fabrica S. Petri ad illam spectare propter dd. fratrum incapacitatem hujusmodi Legatorum.

Dictis autem fratribus alligantibus posse annua legata hujusmodi recipere iura conscientia, quatenus heres ex sua libera voluntate voluerit illa dare in elemosinam, & committere fratribus dd. Missas, & Officia juxta sententiam S. Bonaventurae, & Decreta S. Congregationis ad Sanctissimum D. Nostro fratrum Minorum de Observantia S. Francisci Cismontanae Familiae Consultationibus praeposita sub die 4. Junii 1628. publicata.

Eadem Sacra Congregatio pro opportuna praemissorum provisione facta prius relatione Sanctissimi D. N. Urbano Papa VIII. ac de illius expresso ordine, & mandato, decrevit in futurum super hujusmodi Legatis observari, ut infra.

Quod hujusmodi Legata per Debitores, vel heredes non extinguantur, vel reduncantur per compositionem cum Ministris Fabricae faciendam, vel alio quovis modo, sed illorum Capitale, sive fors principalis, vel Proprietas absque aliqua diminutione conservetur semper, & perpetuo ad effectum, ut in alius Romano Pontifici pro tempore existeri bene viros possint applicari; Ita tamen, ut quamdiu applicationem ipsius auctoritate apostolica fieri non contigerit, heredes, vel Debitores spoliati liberè, si velint, dictis fratribus dare dicta annua Legata per eisdem fratres recipienda in elemosinam, non autem per eos exigenda. Et quod quavis extinctio, reductio, seu diminutio capitalis, seu proprietatis aliter absque specialibus Romani Pontificis permissione facta, eo ipso nulli sit, nec Debitoribus, aut aliis quibuscunque suffragetur.

Quodque Commissarii, alique Ministri Ven. Fabricae super hujusmodi capitale, seu proprietate supra dicta, se de cætero non intromittant, nec dictos heredes, seu Debitores aliquo modo molestant, nisi ad effectum reinvestiendi in casu reinvestimenti, seu providendi, ut conservetur, ut supra, aut alias in executionem applicationis auctoritate apostolica factae vel facien.

Et quod volentibus dd. heredibus, vel Debitoribus dare supra dictis fratribus dd. elemosinas, seu annuas praestationes, sive Legata, ut supra, solvere, vel illas, seu illa non solventibus, tunc, & eadem lapsis duobus annis a die obitus Testatorum, si fuerit maturatum Legatum, vel a die maturatae illius solutionis eadem fabrica, & illius Commissarii, & Ministri id eorum, quod solum non fuerit pro praeterito, pro rata tamen, in qua fuerit, ut supra etiam biennium, vel ultra, possit, & valeat annuas praestationes hujusmodi exigere, exigique facere ad sui beneficium, juxta suas facultates, & Privilegia; salvo semper capitali, seu proprietate, ut supra ad effectum, quod heredes, vel debitores

(dummodò de eis per Romanum Pontificem pro tempore existentem aliter non fuerit dispositum, nec praedicta Legata in alios usus ejus auctoritate applicata fuerint, vel applicari contigerit) possint, si velint, quandocumque futuris temporibus, & sic deinceps in perpetuum dare dictis fratribus dicta annua Legata in elemosinam, ut supra, nec Fabrica eisdem heredes, vel Debitores molestare possit, & valeat toties, & quoties casus contigerit, nisi pro praeterito, & tunc in illis terminis tantum, post quorum maturationem fuerit elaplum biennium, vel ultra, ut supra; salva semper erectione Beneficiorum, & applicatione Legatorum, seu quorumcumque bonorum, & reddituum, ac Jurium eisdem Beneficiis, seu aliis usus piis auctoritate Apostolica facta, vel in posterum quandocumque, & quomodocumque facienda, & executione litterarum Apostolicarum deluper expeditarum, seu expediendarum; Ita ut praefata decreta ad illas nequaquam se extendant, sed illa semper firma, & illa remaneant, ac suos praedictos, & integros effectus locuri debeant, in quod neque Fabrica, neque heredes, vel Debitores praefati, ullo modo illas impedire, retractare, vel contravertere valeant, & salvis imper. Sedis Apostolicae auctoritate, ac facultatibus competent. dictae Sacrae Congregationis Ven. Fabricae.

Prohibuit tamen eadem Sacra Congregatio fratribus supra dictis sub pena excommunicationis ipso facto incurrenda, ne audeant, seu praesumant, nec quilibet eorum audeat, seu praesumat per se, nec per alios Sindicos, Ministros, seu Procuratores tam saeculares, quam Regulares dictas annuas praestationes, seu Legata, nec judicialiter tam eorum quocumque Iudice Ecclesiastico, quam saeculari Ordinario, vel Delegato, nec aliis nisi juxta formam dicti Decreti Congregationis fratrum Minorum de Observantia S. Francisci Cismontanae Familiae ad Sanctissimum D. N. deputate ab heredibus seu quibusvis aliis eorum Debitoribus petere, minusve dd. heredibus, seu Debitoribus facere aliquas receptas pro dd. annuis praestationibus, nisi pro rata, & pecunia, seu elemosinis supra dictis cum effectu, ac verè, & realiter eisdem fratribus dara, vel soluta, seu datus, vel solutus, nec sub alia Data, nisi sub ea, qua verè fuerit in eisdem Patribus, aut aliis pro eis facta realis satisfactio, & insuper, ne Privilegia Apostolica pro tempore de Beneficiis, quibus Legata supra dicta fuerint applicata, vel eorum Procuratores, & Ministros super erectione dd. Legatorum directè, vel indirectè impedire, vel molestare quovis quavis colore, vel praetextu audeant, vel praesumant. In quorum fidem, &c. Dat. Romae ex Coll. gio ejusdem Sacrae Congregationis, die 14. Februarii 1633.

Dominicus Card.

Locus sigilli.

Ecclesia

De novi operis nunciatione.

Cap. Cum injuncto.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia edificata post nunciationem novi operis destrucenda est expensis constructis.
- 2 Aedificans post nunciationem novi operis non suscipit, ut patiens am praestet operis demolendi, sed aedificium ejus sumptibus est demolendum.
- 3 Et quid si nunciatio facta fuerit praedecessori aedificantis, & n. seqq.
- 4 Interdictum demolitorium novi operis datur heredi, & in heredem etiam post annum.
- 5 Et transiit in singularem successorem etiam dignitatis, n. 8.
- 6 Datur tamen ad patientiam, sed non ad impensam.
- 7 Nisi successor ratum habeat aedificium captum, vel aedificet.
- 8 Scandalum in materia, quae regulae sint observanda.
- 9 Destructio ecclesiae, vel loco propter aliquorum delictum, nullus debet vocari clericus illius ecclesiae, vel municipis illius loci.
- 10 Secus si destruantur ab hostibus, quia omnia privilegia retinent, n. 12.
- 11 Idem si destruantur terra motu, n. 13.
- 12 Et idem si in alium locum transferantur, vel uniantur, n. 14.
- 13 Quod locum habeat etiam in civitatibus, & aliis locis prophanis, n. 15.
- 14 Reaedificatum auctoritate Superioris recuperat omnia privilegia.
- 15 Capitulum Cathedralis ecclesiae an, & quando ab Episcopo, vel alio Canonico ad alium locum intra, vel extra diocesim transferri possit, late discutitur, ut n. seqq. usque in fin.
- 16 Quid de jure communi, n. 17.
- 17 Et quid ex Bulla Clem. VI, n. 39.
- 18 Capitulum celebrari debet in ecclesia, & loco ad hoc determinato.
- 19 Nec Episcopus potest domi sua illud convocare, sed ad aulam Capitularem, ubi antea solitum fuit convenire.
- 20 Electio quamvis fieri debeat in ecclesia, & amen si fiat alibi, non propter hoc est nulla, nec annullanda, & n. seqq.
- 21 Locus non est de substantia electionis.
- 22 Capitulum cum non potest tunc convenire in ecclesia, vel loco Capitulari, ad alium locum transferri potest.
- 23 Et iusta causa transferendi est repulsio Episcopi ab ingressu civitatem, n. 23.
- 24 In universis congregari debet in loco publico, & solito, nisi sibi non possit congregari propter bellum, vel aliud impedimentum.
- 25 Episcopus, & Canonici sunt unum corpus.
- 26 Nec decet Episcopum in negotiis Ecclesiae omnes membris aliorum consilio uti.
- 27 Episcopus potest Capitulum convocare si aliquid Canonice ad deliberandum proponat, nec de re ad suum, vel suorum commodum spectante agatur.
- 28 Nec ad id admittitur Vicarius Episcopi si Capitulum sit exemptum.

Prosp. Fagn. in 2. par. s. lib. Decretal.

- 28 Executor, cui aliquid certo loco expectandum committitur, sed id ei loco servare non possit, extra locum poterit expedire.
- 29 Episcopi expulsi possunt omnimodam jurisdictionem exercere in aliena diocesi petita, licet non obtineat licentia à diocesani locorum.
- 30 Et dicuntur expulsi etiam non admissi.
- 31 Jurisdictione concessa, cesset concessa omnia, sine quibus jurisdictionis explicari non potest, & n. 32.
- 32 Episcopus quae negotia expedire non possit sine consensu, vel consilio Capituli.
- 33 Capitulum est Senatus Ecclesiae.
- 34 Canonici praesentes in ecclesia à tyranno occupata pro negotiis communibus tenentur ire ad Canonicos forinsecos etiam pauciores, & quando secus, & n. 36.
- 35 Et quid in absentibus obprivatas inimicitias.
- 36 Inimicus se credere non tenetur etiam cum litteris conductus, & assecurationis.
- 37 Rebelles dicuntur qui Principem, vel ejus Nuncium volentem ingredi civitatem non admittunt.
- 38 Bellum an committatur tantum contra Imperatorem, & ejus officiales, an verò etiam contra Reges, & Principes non recognoscentes superiorem.
- 39 Rebelles dicitur qui de facto resistit superiori, vel jurisdictioni.
- 40 Et omnis existens in protervia, & notoria inobedientia.
- 41 Declaratoria super facto rebellionis non requiritur quando de illa incidenter agitur.
- 42 Nec quando rebellio est taliter notoria, ut nulla possit tergiversatione celari, aut defendi. Notorie delinquentes etiam si notorium sit facti transmissis, audiendi non sunt appellantes, ibid.
- 43 Rebellis notorius dicitur ruffianus, qui se tueatur contra Dominum, & non vult eum admittere in Castrum.
- 44 Citatio non est necessaria ubi certum est absentem nullum jus competere.
- 45 Ad Capitulum constituendum regulariter non sufficit major pars, sed requiritur, ut duo tertiae partes sint praesentes.
- 46 Declaratur.
- 47 In universis pars minor instante termino ad expeditionem actus praefixo potest convocare in iorem, & ea accedere remente, actum explicare.
- 48 Capitulares actus ex contemptu aliquorum non sunt nulli, sed nec etiam debent cassari, nisi ipsis prosequentibus contemptum.
- 49 Absentes non sunt vocandi, nisi in tribus casibus hic expressis, & in aliis consimilibus, & multum arduis.
- 50 Et an sint citandi absentes extra provinciam.
- 51 De quam longinquo loco sint vocandi, statum consuetudini.
- 52 Bulla Clementis VI, super translatione Capituli Leodienensis ex causa rebellionis contra Episcopum refertur.
- 53 Confirmatio Apostolica translationis Capituli Leodien.

CUM EX INJUNCTO. Etiam Ecclesia edificata post nunciationem novi operis destrucenda est expensis constructis. Hoc dicit, cum cap. Praecedenti. Dividitur in tres.



tres patentes. In prima jubet opus demoliri, & irrita quicquid ex illo sequatur fuit. In secunda redarguit Archiepiscopum, qui non citavit scandalum subditorum, ubi Super eo. In tertia hortatur eum, ut pareat ibi, finis.

2 Nota primò ibi, expensis suis facias penitus demoliri: non sufficere, ut edificans post nunciacionem novi operis patientiam præset operis demolendi, sed amplius ædificium suis sumptibus esse destruendum; ut hic in littera, & notat Abbas in primo notab. Quod locum habet etiam si novum operis nunciatorum fuerit Prædecessori ædificantis, prout conigit in casu hujus Decretalis, ut patet ibi, si etiam absens extiterit, junda expositione Ioan. Andr. num. 1. in verb. Absens. Adhuc enim debet destrui sumptibus successoris dummodo tamen idæ successor ratum haberit, vel prosequutus fuerit opus à Prædecessore inchoatum: hoc enim interdictum datur heredi, & contra heredem, etiam post annum, l. Prætor, §. Hoc interdictum, ff. de nov. oper. nunciator. Et transit etiam in singularem successorem, l. fin. ff. de ad. ratio est, quia successit in vitium Prædecessoris, cap. Quia supra de iust. & est simile in spolio, quod transit ad quocumque successores, ad quos res ipsa pervenit cum sua causa; & sic cum vitio spoliationis, glof. 1. & communiter scribentes in cap. Sapè de restitut. spoliar. ubi per Ripam nu. 19.

6 Seraphin. decis. 1262. num. 1. Gregor. 15. decis. 542. nu. 3. Et quamvis regulariter interdictum demolitorium contra successorem in detur ad patientiam, non autem ad impensam, quia successor, vel hæres in penam non succedit, ut l. penult. ff. de novi oper. nunciator. Tamen hoc fallit si successor ratum habeat ædificium captum, vel ædificet, ut in d. §. Hoc interdictum, & in l. fin. ff. eod. hoc enim casu interdictum quoad omnes est. Etus transivit in successorem etiam dignitatis, & ita intelligas hoc cap. cum glof. 1. ut notat glof. marginal. post Host. in princip. in verb. Expositus suis, Io. Andr. num. 17. Butt. num. 7. & Abb. num. 8.

9 Secundò nota ex textu quatuor regulas in materia scandal. Prima est, pro scandalo vitando omittenda non sunt quæ sine mortali peccato omitti non possunt, ut bapertari, horas dicere, & penitentiam accipere: & hæc colligitur ibi, quod licet. Secunda est, pro vitando scandalo non sunt committenda quæ sine mortali peccato committi non possunt, ut si puella stupro consentiat, neis, qui petit, seipsum interimat, cap. Cum homo, 23. qu. 5. & cap. 1. 14. dist. 1. & hæc colligitur ibi, nec ea. Tertia est, pro vitando scandalo quis potest committere quod sine mortali peccato committi potest, ut gestare habitum ordini suo parum congruentem, cap. Deus, supra de vita, & honestate Cleric. & hæc colligitur ibi, committi. Quarta est, pro vitando scandalo possum dimittere quod sine peccato mortali dimittere potest, puta correctionem propter multitudinem delinquentium, ut cap. Latores, de Cler. excommunicat. & cap. vit. de temp. ordin. vel melius pone exemplum, ut in cap. 2. de cognat. spiritual. & cap. Diligens, & cap. Quia circa, de consanguinit. & affinit. & hæc colligitur ibi, dimitti. Quas regulas ex hoc text. desumpsit Abb. Antiqu. hic num. 2. cum quo transeunt Io. Andr. nu. 1. & Henrich. Boich. nu. 5. easque transcribit, licet de Abb. Antiqu. mentione non faciat, Guliel. de Monte Ludun. in Clem. nunc. nu. 1. de immunit. Eccl. & casu duabus regulis complectitur Abb. Siculus hic

nu. 7. Quid autem sit scandalum, unde dicatur, & an sit peccatum, necne latius prosequere, ut per eundem Henric. à num. 1. & adde quod legitur in cap. Nisi eam pridem, §. Pro gravi quoque scandalo, & quod ibi dixi n. 74. 78. & 79. supra, de renunciat. Ultimò nota ibi, reducens profusu in irritum, secundum Innoc. n. 2. quod quando Ecclesia, vel civitates, sive alia loca sive sacra, sive prophana propter eorum delictum destruntur auctoritate superioris, nullus de cætero debet vocari clericus illius Ecclesie, vel municeps illius loci, & ille locus privilegium perdit, ut hic, & in cap. Placuit, de consecrat. dist. 1. in cap. Et hoc diximus, 16. q. 7. & in l. Si usufructu civitatis, ff. Quibus mod. usufruct. amitt. & ita intelligas quod notat glof. ult. Innoc. & Host. in cap. Abbat. sanè §. ult. de verb. signifi. nisi tamen locus postea reedificetur; nam reedificatum auctoritate superioris recuperat omnia privilegia, secundum Innoc. ibi, arg. cap. Quia diligentia, supra de elect. & ejus quod notat glof. in l. Ex his, ff. de legib. Barthol. Brixien. in quest. Dominical. quæ incipit, Iste quod aliquis, & glof. Jo. in cap. Licet, in ver. Nunquam, 12. q. 7. quibus in locis tradunt Lazarum resuscitatum omnia recuperare sicut de æguitate. Secus verò si destruntur ab hostibus: nam tunc omnia sua privilegia retinent, & antiqui Clerici remaneant ibi, Clerici, cap. Pastoralis, 7. q. 1. cap. Que simul, 19. q. 3. quod locum habet etiam quando destruntur terræ, non, vel aliis quam superioris auctoritate, ut hic per Henrich. Boich. n. 9.

14 Idemque dicendum secundum Innoc. si auctoritate superioris in alium locum transferuntur vel alius locis uniantur: nam & hoc casu retinent privilegia sua, ut de Ecclesiis notatur in cap. 1. ne scæ vacante, & in l. cap. Quia monasterium, de religiof. domib. & idem intelligas de civitatibus, & aliis locis prophanis, arg. l. Ade sacra, ff. de contrahen. empte. & ita distinguit Innoc. d. nu. 2. cui subscribunt Host. n. 9. Jo. Andr. n. 3. vers. Et notatur per hoc, & n. 4. Henrich. Boich. nu. 5. ad fin. vers. Super eo, Butt. n. 4. Cardin. nu. 5. vers. Quæro in eo, quod hic dicitur, Anchar. n. 9. Abb. n. 5. & Marian. Soc. n. 11. in 5. notab. & n. 12. & idem per omnia Archidiacon. in cap. Et hoc diximus, n. 7. 16. q. 7. & Ioan. Andr. in cap. Statutum in glof. penult. de elect. lib. 6. & in cap. Privilegium, n. 1. de regul. jur. eod. lib.

16 QUÆR Ocum Innoc. an; & quando Capitulum Cathedralis Ecclesie ab Episcopo, vel Canonicis ad alium locum intra, vel extra diocæsim transferri possit.

Huic disceptationi causam præbuit, quod cum Serenissimus Elector Colonienfis Episcopus, & Princeps Leodiensis non ita pridem Leodium ingressi vellent, portæque civitatis jaciissent ocelluse: Capitulum, ac residentiam, juraque capitularia de consilio, & assensu sexdecim Canonicorum ad Ecclesiam Collegiatam S. Marie Oppidi Huenfis Leodiensis diocæsis transfultam vigore juris communis, quam Bullæ Clementis Papæ VI. de qua infra n. 58. eamque translationem Nuncius Apostolicus confirmavit. Sed cum Decanus, & tresdecim Canonici, & Ecclesie Cathedrali remanentes ab hujusmodi translatione, & confirmatione ad Sedem Apostolicam appellasset. E contra verò Episcopus Sanctissimo supplicasset pro translationis confirmatione: Sanctitas sua aliquibus S.R.E. Cardinalibus, & Prælati negotium examinandum commisit,

17 Sanè quod spectat ad jus commune absolutum est sine justa causa Capitulum ad alium locum transferri non posse, quia de jure celebrari debet in Ecclesia, & loco ad hoc determinato, cap. Quod si elect. & ibi glof. in verb. Constitutiones, supra, de elect. cap. Quia fronte, de appell. ubi glof. in verb. Canonicum, dat concordantes, & hic notat Innoc. nu. 2. in verb. Revocatis ibi, quamvis hoc ordinariè faciendæ essent in Ecclesia. Butt. num. 4. Bald. in l. Nulli, nu. 2. vers. Secundum requiritur, ff. quod cuiusque univ. nomin. & in capitulis exemptis aliàs censuit Sacra Congregatio Cardinalium Tridentini Conclij Interpretum, ut in subjeçta declaratione.

18 Præsupposita dubitatione in causa Palentina, an Episcopus volens aliquid in Capitulo proponere, juxta cap. 6. sess. 25. teneatur accedere ad Ecclesiam & locum solitum deputari, an verò illud in ædibus proprijs convocare possit: Sacra Congregatio prius respondit, quod quando Episcopus vult aliquid proponere Canonicis ad deliberandum, nec de re ad suum, vel in eorum commodum spectante agitur, solus Episcopus privatè ad quoscumque potest convocare Capitulum, idque in domibus suis: postea verò auditis utrimque rationibus, partiumque Advocatis, & procuratoribus, ab omnibus in hanc sententiam itum est, ut Episcopus non possit domi suæ Capitulum convocare, sed ad aulam capitularem, in qua antea semper solitum fuit Capitulum convenire.

19 Quinimò glof. in cap. In nomine Domini, §. Quod si pravorum, in verb. Fieri in Urbe, 23. dist. dicit electionem esse nullam si fiat alibi, quam in loco ad hoc determinato, per cap. Venerabile, de elect. in parte decisæ, in qua dicitur, ubi debuit, sed hoc non puro verum, quia electio debet quidem in Ecclesia celebrari, ut dicit glof. Ioann. sed tamen si alibi fiat, non propter hoc est nulla, nec etiam annullanda; quoniam secundum Tancredum locus non est de substantia electionis, nec ulquam reperitur jus prohibitum, quod propter locum electio debeat vitari, nec Decretalis, quam inducit glof. probat id, quod dicit, sed factum recitat, prout contingit, & ita notat Archid. in d. cap. 1. in nomine Domini, nu. 16. in fin. & num. 17. 23. dist. & nu. 13. dicit opinionem glossæ communiter non teneri; & his adde Rotam decis. 36. num. 7. par. 6. recent. & quod scripti in cap. Quia propter, num. 68. de elect.

20 Ex causa verò necessitatis, id est cum Capitulum non potest tunc convenire in Ecclesia, vel loco capitulari, nulli dubium est, quin de jure ad alium locum transferri possit, ut patet in d. cap. In nomine Domini, 23. dist. circa med. in illis verbis (quod si pravorum, atque iniquorum hominum ita perveritas invaluerit, ut pura, sincera, atque gratuita fieri in Urbe non possit electio, Cardinales Episcopi eum religiosis clericis, catholicisque laicis, licet paucis, jus potestatis obtineant eligere Apostolicæ Sedis Pontificem ubi congruere viderint,) & ibi notat glof. in verb. fieri in urbe: ad idem tex. in cap. Quamvis, 63. dist. ubi pro confirmatione electionis Episcopi Mediolanensis Gregorius jubet explorari voluntatem Canonicorum Mediolanensium, qui feritate barbarica coacti lanæ commorabantur, & in cap. Quod fecit, de elect. ibi (Cum juxta Constitutiones canonicas si fieri potest electio in Ecclesia Cathedrali celebrari debeat) Ponderanda illa verba, si fieri potest, à con-

trario sensu, & est glof. in cap. Bon. mem. il primo, in verb. Metuebant, eodem tit. & consilæ ex dictis Innocentij hic nu. 20. ut latius dicam infra nu. 34. & consentit Bald. in d. l. Nulli, vers. Secundum requiritur, ff. Quod cuiusque univ. nom. dum ait requiritur, ut universitas congregetur in loco publico, & solito, ut l. Observare, C. de Decurionibus, lib. 10. nisi ibi non possit congregari propter guerram, vel aliud impedimentum; & allegat Innoc. hic: imo glof. relata ad textum in cap. Cum terra, in verb. In quo, de elect. dicit electores debere in locum convenire, ubi electio est celebranda, si commodè fieri potest, aliàs ubi melius obtulerit se facultas; & sic causam necessitatis non requirit.

23 Repulsio autem Episcopi ab ingressu in suam civitatem videtur justa causa translationis Capituli ad alium locum: nam, ut legitur in cap. Novis, de his que sunt à Prælat. (Episcopus, & Canonici sunt unum corpus, cuius caput est Episcopus, Canonici autem membra, nec decet Episcopum in negocijs Ecclesie omnis membris aliorum consilio uti) Hæc ibi. Quare cum ob impedimentum ei illatum Episcopus nequivisset ad suam Cathedralē Ecclesiam se conferre, ibique Canonicorum consiliū exquirere pro negocijs Ecclesie ex petendi; necesse est, ut postulat eos convocare, quia, ut legitur in cap. Non decet, 12. dist. non decet capite membra discedere, sed juxta Sacræ scripturæ testimonium, omnia membra caput sequuntur. Quibus rationibus innixus est Nuncius Apostolicus in confirmatione translationis in illi verbis (Ne membra à capite suo hoc rerum statu separantur, utque conjunctis consilij Ecclesie necessitatibus commodius prospiceretur.)

26 Præterea tam de jure communi secundum Innoc. communiter receptum in cap. Irrefragabilis, nu. 3. de offi. Ordinari. quam ex decreto Conclij Tridentini cap. 6. sess. 25. Si Episcopi aliquid Canonicis ad deliberandum proponant, nec de re ad suū, vel suorum commodum spectante agatur, Episcopi ipsi Capitulum convocant, vota exquirunt, & juxta ea concludunt. Neque ad id ex Conclio Vicariani Episcopi admittitur; & loquitur decreto illud de Capitulis, quæ privilegio, vel alio speciali jure videntur se adversus jurisdictionem Episcopi, qualia ut plurimum sunt Capitula Germaniæ, ut extorto Rotæ aliàs declaravit Sacra Congregatio ejusdem Conclij Interpretes, secundum ea, quæ scripti in cap. Irrefragabilis, num. 9. de officio Ordinarij. Si igitur Episcopus de jure, & ex Conclio facultatem habet convocandi Capitulum, eamque facultatem in Ecclesia sua Cathedrali nec per Vicarium potest exercere repugnante Conclio, nec per seipsum propter impedimenta à civitate illata: consequens est ut eam possit extra dictam Ecclesiam exercere, ad hoc textus optimus in cap. Statuimus, de offi. Deleg. lib. 6. ubi, cui aliquid certo loco expediendum committitur, si id eo loco securè non possit, extra locum poterit expedire.

29 Amplius in Clem. 1. de for. compta. Viennense Conclium indulget Episcopis à sua diocæsi expulsi, ut possint omnimodam suam jurisdictionē exercere in aliena diocæsi licentia petita, licet non obtenta à diocæsanis locorum. Et dicuntur expulsi etiam qui venientes non fuerunt admissi, secundum glof. ibi in ver. Expulsi, Cardin. num. 31. & Abb. nu. 7. Cui autem jurisdictione data est, ea quoque



quoque concessa esse videntur, sine quibus iudicatio explicari non potest. *l. 2. ff. de iurisdic. omn. iudic.* Sed Episcopus expulsus omnimodam jurisdictionem sibi attributam extra diocesim explicare non potest sine Capituli presentia, quia plurima sunt negotia, quae expediri nequeunt sine consensu, vel consilio Capituli, ut alienationes, cap. sine exceptione, & cap. Alienationes, 12. quest. 2. beneficiorum uniones, Clem. si una, de reb. Eccl. non alien. Clericorum Ordinationes, cap. Episcopus sine consilio, 24. dist. Abbatum, Abbatissarum, & aliarum ecclesiasticarum personarum institutiones, & destitutiones, cap. Novus, de iis, quae sunt à Pralato, concessionibus, & confirmationibus, cap. Quanta, eod. tit. inquisitiones, & condemnationes Clericorum, & Sacerdotum, cap. si quid verè, & ibi plena glos. in verb. Eccl. 86. dist. cap. Licet et Hii, vers. Nam iuxta Canonice Sanctiones, de Simon. & alia Eccl. negotia, d. cap. Novus, & cap. Quanta. Ecclesia enim habet senatum, scilicet Presbyterorum, id est Capitulum, sine quorum consilio Prælati nihil agere licet, ut legitur in cap. Ecclesia habet senatum, & ibi glos. 1. 116. qu. 1. ad hoc Concilium Trident. sess. 24. cap. 12. ad fin. in ibi, ut verè Ecclesia senatus dici possit: ergo pro his negotijs expediendis, & omnimodam jurisdictionem exerceat Episcopus expulsus, seu non admittitur potest ad alium locum Capitulum convocare. est enim generalis regula in omni materia, ut qui vult consequens, velit etiam suum necessarium antecedere, ut dicitur *l. 1. & Curt. Junior in d. l. 2. in princ. ff. de iurisdic. omn. iudic.*

34 Demum pro validitate translationis Capituli extra Cathedralē affectu singularis theoria, quam hic ponit Innocentius num. 2. per hanc præcisa verba, videlicet (Hoc autem certum est, quod si aliqua Ecclesia occupantur ad tempus à tyrannicis, ita quod non possunt inhabitare ibi Clerici, Ecclesia retinet suam privilegia, & suos Clericos, licet sint ei etiam de videtur, quod si expediat Ecclesia, vel illius Clerici facere aliquid contra eam, vel Prælatum, vel quicquid aliud quamvis hæc ordinariæ faciendæ essent in Ecclesia, c. Quod sicut, supra de elect. tamen propter necessitatem sicut alibi, cap. In nomine, 23. dist. & quod plus est etiam si tyranni darent facultatem Clericis eundi ad Ecclesiam sic in val. m., & etiam si ibi aliqui Clerici remanerent, imo nec timeatur de impressione, dummodo illi, qui exierunt, iusto timore, vel alia iusta causa exierint, etiam si sit major pars illa, quæ est in Ecclesia, debet ad forissecos exire, nisi possit redire cum bona, & perpetua pace, vel honesta: & eodem videtur si sint pauciores, dummodo prælatum, quod electio, vel alius contractus utilis possit celebrari extra Ecclesiam,

35 quam intra, arg. cap. Bona, me. M. de elect. ubi notatur, scilicet in glos. in verb. Manebant. Sicut si propter suas inimicitias non possunt ire ad Ecclesiam, quia tunc possunt constituere procuratorem, cap. Quod sicut, §. 1. supra, de elect. & cap. Quia propter: idem est etiam si non sit magnum negotium, vel si sit magnum, sed utiliter potest fieri per inferiores) Hæc Innocentius cum quo transeunt hic

36 Host. num. 9. vers. Quid si hostes, & Io. Andr. num. 5. dicitur enim: Quid si hostes, vel tyranni, qui Ecclesiam detinent occupatam, revocant ad Ecclesiam etiam maiorem partem Canoniceorum; alia verò pars non audeat ire; nunquid si agatur de

communibus contra hostibus, debent intrinseci eam forissecis ad locum tutum, & congruum convenire. Puto quod sic, dummodo extra Ecclesiam utilis fieri possit quod agitur; alioquin extrinseci intrinseci vicissim mandent, arg. in eo, quod legitur, & notatur in d. cap. Bona, in primo, resp. 1. & in cap. Quia propter, §. Illud, de elect. & in cap. Ad supplicationem, de renuntiat. multò fortius ergo exhibent ad illos, quando minor pars est præsens, & major absens, sequitur Card. num. 5. vers. Sed ubi convocantur, dicens: Quid si tyrannus daret facultatem Clericis eundi ad Ecclesiam sic invasam, & aliqui Clerici adsunt; vel quid si aliqui remanserunt in Ecclesia sic invasata dicit Innocentius, quod etiam si est major pars præsentium, dummodo iusto timore, vel alia iusta causa alii absint, tenentur presentes ad illos accedere, nisi possent absentes redire cum bona, & perpetua pace, vel honesta. Idem secundum cum die, & fortius si presentes sint pauciores: & hoc dummodo actus, qui imminet utilis possit celebrari extra Ecclesiam, quam intra etiam sit electio; & idem dicitur Butr. num. 4. vers. Secunda est questio, Anchar. n. 9. vers. 23. & alius casus, & Abb. num. 10. vers. Si verò aliqui sint absentes.

Hæc autem Innocentij theoria videtur cogræ applicari posse casui Canoniceorum Leodiensium: nam sexdecim Canonici, qui Episcopo adhaeruerunt in oppido Huesni, dicebant se ad alios tredecim, qui cum Decano in Ecclesia remanserunt tunc redire non posse non obprivatas inimicitias, sed propter populares factiones eorum, quos vocant Grignucos, & Cerucos, & hoc affirmabant in precibus Episcopo portectis per hæc formalia verba: (Dolereque ex animo quod cum huiusmodi consilium eoque processerit, ut cum sua Serenissima Celsitudo dicit in sua Civitate propius accesserit eam ingressura, nota obstanti supervenerint, quorum intuitu aliam resolutionem cepit, darentque interim atenta in iudicidicem, & regalia Ecclesia suæ, & alia insuper confusiones, quæ Capitulo Cancellario, Iudicibusque ordinarijs exercitum sui conjugal muneris, seu & solam in ea civitate residentiam minusutam, liberam, & securam præstent.) Hæc ibi, Quod etiam satis comprobasse videtur casus, qui dicitur contigisse in personam Groesbek Canonici, Cancellarij, & primarij ministri ipsius Episcopi. Is enim Leodij à Sacerdote de factione Grignata pluribus libris pugnis læthaliter vulneratus, postea convalescens veste regulari indutus & Civitate auferit. Quapropter Decanus, & Canonici, qui in Ecclesia remanserunt, debuissent exire ad forissecos eundi numero pauciores, & multò fortius cum essent plures, secundum Innocentium Nec sufficiunt assecurationes, seu litteræ de conductu; quia nihilominus non tenebantur le popularibus credere, cap. Accedens, in secundo, supra ut lite non contestata, cap. de catro, & cap. Quamvis de sent. excomm. Non enim in hoc casu sufficiens potuit cautio præstari, arg. cap. Litteras, in fin. de restit. spoliat. & notat glos. in d. cap. Accedens, in ver. Inimici, & hoc propter fragilitatem cautionis, ut l. Qui ita, §. 1. ff. ad Trebell. Hæc de jure communi quoad translationem Capituli.

39 Quoad autem spectat ad Bullam Clementis VI. exparte Episcopi asseruntur verificatae duæ conditiones in ea requisitæ ad validitatem translationis Capituli, & residentia, nempe, ut civis Episcopo rebellaverint, & translatio fiat de Capituli consensu: nam pro rebellionē, cum portæ civitatis fuerint Episcopo oclatæ, allegatur singularis doctrina Bartoli in Extrau. Qui sine rebelles, §. Machinantur, ubi sic ait. (Ponc quod adveniente Imperatore, vel ejus Nuncio volente ingredi civitatem pro recuperandis juribus Imperij tam ibi, quam alibi, aliqui responderent, quod intromittere eum, vel ejus gentem, est periculosum statuerunt; & sic tenent eum in verbis, & sic labitur tempus, quo multa possit facere pro Imperij prosperitate, ite sunt machinationes quædam, licet ad actus bellicos non deveniant. Ista machinatio fecit inobedientia fecit eos rebelles.) Hactenus verba Bartoli: quæ ad ealatum transcribit, & sequitur Gygas in tract. de crimin. l. majestas, tit. de reb. 1. quest. 5. num. 2. inter Tract. magnos tom. 11. fol. 81. par. 1.

41 Nec videtur obflare, quod rebellio committatur dummodo contra Imperatorem, vel ejus officiales in iis, quæ ad commissum eis officium pertinent; non autem contra Reges, vel Principes inferiores, quia tunc non fit contra prosperitatem Principis, vel Imperij principaliter, ut declarat Bart. in d. Extravag. Qui sine rebelles, in verb. Rebellando, vers. Sed an hæc Constitutio, Gygas, d. tract. q. 18. per totam, Peregrin. de jure filio lib. 3. tit. 8. num. 8. & Bulla aurea loquatur de rebellionē contra Electores Imperij, ut advertit Carpovius in pract. crimin. part. 1. q. 41. num. 60. & seqq. Hoc autem casu rebellio non fuerit commissa contra Principem tamquam Electorem Imperij nam responderi potest arduum esse questionem, An contra Principes non recognoscentes Superiorem, vel habentes merum, & mixtum imperium committatur crimen rebellionis, adeo ut locum habeat pena, l. Quisquis, C. ad leg. jul. majest. & plurimum in utraque partem citat B. sicut in practi crimin. tit. de crimin. l. majestas, num. 11. & 33. Et quod committitur contra Episcopos Principes Germaniæ dicitur consilium f. Facechinensis cons. 15. num. 19. ad med. & n. 20. lib. 1. & Nicol. Everard. jun. cons. 2. num. 7. lib. 1. Si d. hoc casu non videtur intrare hæc difficultas, quia ex Bulla Clementis VI. ad effectum translationis Capituli, & residentia sufficit ut civis Leodienses rebellaverint Episcopo suo. Rebellis autem dicitur qui de facto resistit superiori, vel jurisdictioni, Butr. in cap. Sanè in secunda, num. 4. de off. Delegat. & secundum Angel. in l. 2. §. fin. num. 2. de iudicij. Rebellis dicitur omnes existentes in potestate, & notoria inobedientia. Sequitur Natta cons. 380. num. 18.

44 Rursus obflare non videtur quod præcedere debeat declaratoria super factò rebellionis, cap. Cum secundum leges, de heret. lib. 6. Boslius in practi crimin. tit. de crimin. l. majest. n. 75.

Nam dicebatur hoc casu non agi de rebellionē principaliter ad effectum imponendi penam ordinariam, sed incidenter ad effectum translationis Capituli; unde declaratoria, & pronuntiatio super factò rebellionis non videtur necessaria, sed satis est, ut de eo quoquo modo confecti nam de incidenti iudex tantum cognoscit, & super questione principali pronunciat, l. 1. C. de ord. iudic. cap. 1. supra de ord. cogn. & est communis opinio, ut ibi attestantur imol. num. 6. vers. Sed an sit no

esse, & Abbas num. 11. vers. Et ista dicit solutio.

45 Præterea quando rebellio, aut inobedientia est taliter notoria, ut nulla possit tergiversatione celeri, aut defendi, necessentia declaratoria, nec citatio requiritur, ut in histerminis respondit Socin. ten. cons. 4. Super questione, num. 24. vers. Nec habet obflare, & cons. 87. Vitis in vestigia sentis, num. 22. vers. Sexto quatenus, lib. 3. Paris. cons. 13. Vitis saltem num. 39. vol. 1. Decian. cons. 18. Ex prædicta, num. 355. lib. 1. Nec notoriè d. l. iniquitates etiam notorum sit facti tantum, & audientium appellantes, ut videtur tenere Innoc. in cap. Tu nos, num. 4. de cohabitacione. Cleric. & mulier. alleg. §. Sunt, 2. q. 6. c. p. Cum sit Romana, §. ult. & cap. Proposuit, de appellat. Quod autem vassallus qui se tenet contra Dominum, & non vult eum admittere castrum, dicitur rebellis notorius, tenet in speci. Andr. de Itern. in §. Sancimus, n. 3. in quocumq. Mil. in vss. fund. qu. 1. sequitur Bosl. in practi. crimin. Sub titulo quomodo procedatur in crimine notorio, num. 16. & Decian. ut supra.

47 Porro Consules, & civitas Leodiensis suis litteris ad Sanctissimum exaratis fuerunt Episcopum visum non esse, nisi prius omni adhibita cautela, in urbem admittendum. Ubi verò certum est absenti nullum jus competere, citatio non est necessaria, ut notat glos. communiter approbata in cap. Cum olim, in verb. Licet absenti, quoniam pluribus exornat Felinus num. 11. de iur. iudic. Hæc tenet Joann. Andr. & DD. in cap. Reprehensibilis, de appell. Abb. in cap. Ex insinuatione, circa fin. eod. tit. Socin. ten. cons. 4. n. 25. lib. 3. Curt. tenor. cons. 20. sep. penult. n. 17.

Secunda in d. m. conditio requisita ex Bulla Clementis VI. nempe consensum Capituli, dicitur verificata, qui sexdecim Canonici Capitulares in Oppido Huesni congregati consenserunt translationi Capituli, & non sit res electio, qui una cum Decano remanserunt Leodi, eam impugnant.

48 Neque obstat quod ad Capitulum constitutum major pars non sufficiat, sed requiritur ut duæ rectæ partes sint presentis, l. Planè, ff. Quod cuiusque universi, nomin. & l. Nominatum, C. de Decurion. lib. 10. & ex his duabus partibus debet ad minus consistere major pars; & ita intelligenda sint juram. l. Quod major, ff. Ad municip. & in c. 1. supra de his qui sunt à major. part. Capituli. cum similib. secundam opinionem Legistarum, & Canonistarum, ut dicit Abb. in cap. Cum omnes, num. 11. supra de Constitut. dixi in cap. Cum omnes, num. 12. supra de Constitut. dixi in cap. Quia propter, num. 41. de elect.

49 Nam responderetur in hac materia Canonitas communiter uti hæc distinctio, videlicet ut si aliquis, ad quem spectat Congregatio universitatis: & tunc si ad mandatum illius non veniant omnes, possunt venientes explicare actum, etiam si non interveniat major pars Collegij, quasi convocatio Superioris constituit non vires in contumacia, quæ privet illos jure suffragium si tendi, ut cap. Cum nobis, de election. & hoc tenebat Jacob Canoniceus Bononiensis, ut refert Io. Andr. in cap. In casibus, num. 22. de election. & Abb. in d. c. Cum omnes, num. 13. de Constitut. Ponebat enim casum in universitate, in qua erant centum homines, & ex vocatis ab habente potestatem conveniant triginta & conclusio sua fuit, quod jus uni

verbo